IOANNIS FRID. MATENESI
Theologi, hiſtoriarum ac Græcæ Linguæ in Acad. Colon. Profeſſor. ordinarij,

SYNTAGMA CRITICVM.

NESCIS QVID SERVS VESPER VEHAT.

De ſomno potuque Chriſtianorum ſomnifero.

Bibliothec. Secr.

Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis, fundũ calicis indignationis meæ, non adijcies vt bibas illum vltra. Eſai. 51.

AD ADMODVM REVERENDOS, Generoſos & Illuſtres DD. DD. Ioannem Gerardum Comitem in Manderſcheidt & Blanckenheim, Dominum in Kiel/&c. Ædis Metropolitanæ Decanum vigilantiſſimum;

Coll. Rom. & Soc. Jesu

Ericum Comitem in Limburg & Bronckhorſt Dominum in Styrumb & Wyſs/&c. AEdis Metropolitanę Scholaſticum & ad D. Gereonis Decanum digniſſimum.

COLONIAE,
Sumptibus Conradi Butgenij,
Anno MDCXII.

Digitized by Google

ADMODVM

REVERENDIS, ILLVSTRIBVS AC GENEROSIS DOMINIS, Dominis, Ioanni Gerhardo Comiti in Manderſcheid & Blanckeheim / Domino in Keyl / &c. ædis Metropolitanæ Colon. Decano vigilantiſſimo.

&

Erico Comiti in Limburg, & Brunckhorſt / Domino in Styrumb & Wyſs / &c.

Aedis Metropolitanæ Scholaſtico, & ad D. Gereonem Decano digniſſimo.

Dominis ſuis gratioſiſſimis & Mecænatibus obſeruandiſs. felicitatem precatur.

APVD Lacedæmonios priſcis ſeculis Generoſi Domini, mos quidam inualuerat, oſtendere, quo pacto res humanæ rotarentur & defluerent, vt à vitijs delicijſque perperã increbreſc[...]ntibus ſibi tẽperarent.

Digitized by Google

Ideo chorum quendam inſtitue-
rant ſenum, puerorum, iuuenum.
Ex quibus primum ſenes in or-
bem ambulantes occinebant ſpe-
ctatoribus, Plutarcho referente.

Αμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι

Nos fuimus olim ſtrenui iuuenculi.

Dein vero pueri ad virtutum exer-
citia cum ætatis incremento vo-
cati, aiebant,

Αμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες

Præſtantiores nos futuri olim ſumus.

Poſtremo iuuenum ſeu virorum
pro ætatis robore valida erat can-
tio.

Αμμες δέ γ' εἰμεν, ἂν δὲ λῇς αὐγάσδεο.

Et Nos ſumus, vel experire, ſi velis.

Quia nimirum illa ætas floret, &
tanquam medullam vitæ noſtræ
continet. Eleganter ſanè, vt quiſ-
que ciuium ſuam perſonam rite
ſuſtineret. Inglorij ſenes ſunt illi,
*qui nullum aliud argumentum ha-
bent, quo probent ſe diu vixiſſe, præ-
ter ætatem*, ait Seneca: Iuuenes
nulli, niſi virtutum functionibus
ſeque Remque publicam iuuent.
Infructuoſi pueri, nî indolem,

quam

quam præclaram à Deo nacti ſunt non in otio, ſed negotio ponant. Annon extrema dementia eſſet, ſi ille triplex chorus à bibitoria poculotrahonum arte ſcenam ſuam exorſus fuiſſet? aut in turpi & indecoro puluere ignauam vitam vel tranſmiſiſſet, vel tranſmitteret? Nihilominus hoc ſeculum noſtrum (in quo mihi vt virtutum ſic vitiorum videtur regnum eſſe) eiuſmodi actores exhibet, qui in muſtaceo Laureolam quærant, & in viliſſima re gloriã vel maximè ambiant ingloriam. Ideoque varia illa inuenta apud Noſtrates bibendi illicia, ſuper ſanitate, fraternitate, ſomno, hoſpitalitate, vt tametſi ipſemet naturæ inſtinctus illam vitæ diætæque ἀταξίαν improbet, nihilominus illa diuerſitas nominum colorare decolorem damnatamque ebrietatem videatur. Qui non vt viuant nati ſunt, ſed vt bibant: quemadmodum de Bonoſo Imperatore Aure-

 lianus

ideo chorum quendam inſtitue-rant ſenum, puerorum, iuuenum. Ex quibus primum ſenes in orbem ambulantes occinebant ſpe-ctatoribus, Plutarcho referente,

Αμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι

Nos fuimus olim ſtrenui iuuenculi.

Dein vero pueri ad virtutum exercitia cum ætatis incremento vocati, aiebant,

Αμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες

Præſtantiores nos futuri olim ſumus.

Poſtremo iuuenum ſeu virorum pro ætatis robore valida erat cantio.

Αμμες δέ γ' εἰμεν, αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο.

Et Nos ſumus, vel experire, ſi velis.

Quia nimirum illa ætas floret, & tanquam medullam vitæ noſtræ continet. Eleganter ſanè, vt quiſque ciuium ſuam perſonam rite ſuſtineret. Inglorij ſenes ſunt illi, *qui nullum aliud argumentum habent, quo probent ſe diu vixiſſe, præter ætatem*, ait Seneca: Iuuenes nulli, niſi virtutum functionibus ſeque Remque publicam iuuent. Infructuoſi pueri, nî indolem,

Digitized by Google

quam præclaram à Deo nacti ſunt non in otio, ſed negotio ponant. Annon extrema dementia eſſet, ſi ille triplex chorus à bibitoria poculotrahonum arte ſcenam ſuam exorſus fuiſſet? aut in turpi & indecoro puluere ignauam vitam vel tranſmiſiſſet, vel tranſmitteret? Nihilominus hoc ſeculum noſtrum (in quo mihi vt virtutum ſic vitiorum videtur regnum eſſe) eiuſmodi actores exhibet, qui in muſtaceo Laureolam quærant, & in viliſſima re gloriã vel maximè ambiant ingloriam. Ideoque varia illa inuenta apud Noſtrates bibendi illicia, ſuper ſanitate, fraternitate, ſomno, hoſpitalitate, vt tametſi ipſemet naturæ inſtinctus illam vitæ diætæque ἀταξίαν improbet, nihilominus illa diuerſiſitas nominum colorare decolorem damnatamque ebrietatem videatur. Qui non vt viuant nati ſunt, ſed vt bibant: quemadmodum de Bonoſo Imperatore Aure-

lianus dicebat: qui non homines, ſed amphoræ & plauſtra ſint, vt Probus. Pulchrè ſcilicet tales remoto ſipario prodibunt in ſcenam ſenes, pulchrè iuuenes, pulchrè pueri, quorum non eſt alia laus ſeu geſtorum ſeu gerendorum quam belluina temulentorum turpitudo, quibus clementiſſimum Deum ad iuſtiſſimam vindictam de ſe ſumendam laceſſant indies: quorum non alia fuit palæſtra & etiamnum eſt, quam in qua domus marmoreæ, theſaurique precioſiſſimi conficiantur, & abſumantur. Cœpi autem in hoc vitium calamum meum contorquere, ſi forſan vſpiã mortalium aliquis inueniatur, cuius cor hiſce meis Syntagmatis percellatur ad eiuſmodi turpitudinem defugiendam, præſertim in cratere ſomnifero ſeſe oſtentantem. Nulli reuera adeo noxium ætati quam iuuenili, de qua rectè Hieronymus: Non ætnei ignes, non Vulcania

cania tellus, non Veſuuius & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ, in omne vitiorum genus deſpumãt. Et porro cum mihi patronis opus, quorum auctoritate aduerſus zoilorum dentes hoc opuſculum eualeſcat, ad ſuas Generoſitates mihi confugiendum putaui, tum vt pietate, clementia, manſuetudine, generoſaque modeſtia veſtra, alijſque virtutibus heroicis territi Momi, maleuolentiam deponerent: tum etiam vt meę erga Generoſitates veſtras obſeruantiæ aliquod ſaltem monumentum extaret. Tantum enim vtriuſque affectum expertus ſum vt imparem me gratiæ vtriuſque vltrò profitear, & tam diu, quoad ſpiritus hos reget artus, promeritis reſpondere illi me poſſe diffidam. Neſcio enim; vt quidam eruditorum ſcitè dixit, num quid elegantius in rebus humanis inueniri

queat, quam Optimatum ſplendor Chriſtiana modeſtia temperatus. Quam temperaturam etiam veſtris Generoſitatibus auctor naturæ & gratiæ inſeuit, vt indies magis magisque ad veſtram immortalem gloriam ſeſe diffundat, diffundetque quoad Clementiſſimus Deus vtramque Generoſitatem veſtram in iſta veſtra virtutum honorumque luce ad proprium, clientumque (quos inter & me conſtituo) ſalutem & incolumitatem ſoſpitauerit. Accedit his quod fratrem meum ſingulari ſemper V. Gratiæ fauore proſecuti ſitis, vt etiamnum cum in lamentabili iſthac mentis ſenſuumque impotentia degat, in virtutum veſtrarum catalogo pertexendo melioribus interuallis ſemper ſeſe diſtineat. Cuius nihil ambigo, vt omnium eorum qui fideles ab officijs vobis fuerunt, gratioſiſſime ſitis memores futuri. Ex domo Paſtorali

D. Cuni-

D. Cuniberti ad. d. XII. Septembris. A. M. DC. XII.

Generoſitatum veſtrarum

Subiectiſsimus Cliens,

Ioannes Mateneſius ad D. Cuniberti Canonic. & Paſtor.

Ad Lectórem.

*I*Nſcripſi libellum meum. Neſcis quid Serus veſper vehat, *ex Satyris Menippæis Varronis,non tam titulo operis accommodum, quam euentui, quod ſubinde tragica vitæ ſalutisq́; cataſtrophe huiuſmodi infelices potatores excipiat. Sub colore familiaris hauſtus ac domeſtici enormiter impingunt,animamque luctuoſiſſimo ſane periculo exponunt. Agere exemplis nolo ipſe oculos adhibe,nec falléris,multis hăc non expectantibus ſerum veſperum vexiſſe horam fatalem cum dolore percepimus.*

Quis ſcit an adijciăt hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora Dij ſuperi

Neque tu curioſus in tabulis diuinæ Prouidentiæ excutiendis ſis. Multos plumis temulentia iſta noctiſtrepa incinxit,quos aurora ſobrios vidit nunquam,& ad Libitinæ quæſtum funereŭ citius quă AEſculapij cură ablegauit. Multos in ſomniferis hauſtibus faciendis vidimus Euro ocyores,& in agĕdis

rebus

rebus tardiores teſtudine Multos validiſſimo cum corpore vidimus ſomnum captauiſſe: & multos à ſomno elumbi corpore ſurrexiſſe. Iudicia Dei abyſſus multa. *Præſertim in ijs ventribus ac belluonibus, quibus animus in obbis cantharisque habitat, vt ignis & ſulphur pars calicis illorum ſit, & cum illo Epulone æternum puniantur. Hinc defluxibus præfocati, hinc fractis ceruicibus ſtrangulati, hinc pendulo de ſponda lecti pectore inter eiectamenta vt beſtiæ ad Orcum eunt. An neſcis quid ſerus veſper vehat? reus es peccati adeo fœdi, ſententia Numinis impendet, quaſi intempeſta nocte feratur conqueri non habes, quod de ſtatione tua euoceris.* Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. *Oraculum illud eſt, experientia clarum, ipſa prophetæ voce clarius, vt inferius patebit.*

Scio ego apud Philologos paſſim alio ſenſu accipi, ſed quia euentuum contingentium vnus & hic eſt, dum hi poculorum helciarij enormiter valetudinē ſuam lædunt, vt citius vitam

cum

*cum morte commutent, tali frontiſpi-
cium huic fabricæ placuit præfigere.
Quod ſiquis offendatur eo, quod po-
tum ſomniferum vocemus, quaſi aliud
ſub ſtylum mihi venire non poſſet, eius
prudentiam dico non prolixius porrigi
quam naſum, vt dici ſolet. Non tantum
terræ ſuperficiem ſtringunt, qui metal-
la quærunt, ſed in ipſa viſcera terræ ſe
ſe penetrant, ipſaſque venas excutiunt:
perinde hic tibi agendum eſt, videbiſ-
que non tantum potum damnari, ſed &
ſomnum, peccata item ex vtroque
prorepentia. Vale &
fruere.*

AD MO

ADMODVM REV.

DOM. SS. TH. L. CAN. PASTORI, & Hiſtoriarum ac Græcæ Linguæ in alma Vniuerſ. Agrippinenſi profeſſori eruditiſſimo, Ioanni Friderico Mateneſio, amoris & obſeruantiæ ergo hoc breue Euchariſticum ponit M. Paulus F. Auſſem Colon. ad D. Cun. Canon.

ECquid nefaſto te poſuit die
Damnata faſtus pocula quærere
PANDORA, quæ Diuum beatis
Sedibus huc iacula'a ſparſit?
Terraſque fœdis criminibus procul
Impleuit, almi pellex ebrias vocans
Soporis, incertique ſomni,
Nigricomis ruit atra pennis
Cum nox per orbem. Sed magis impium
Modum Scytharum ſympoſius, Vbi
Potant cruentatis culullis
Innocuum rabidi cruorem
Reſcindit auſus tum calamo & manu
Pereruditis hoc MATENESIVS
Solers libello dum lacertos
Eloquij validos reducit,
Et ponderoſis ſe rationibus
Conſtans obarmat: quod facilem ſopor
Struat ruinam ſub receſſus
Sulphureos Stygij Tyranni
Somnumque ſuadet Chriſtiadum ſequi

Inta-

Intaminati pectoris æmulum,
O macte virtutis, ſerenum
Mente ducem genioque ſigna,
Et Typhin iſtum fluctiuagi maris
Inter procellas, haud timidus mori
Sectare, nec Ionam ſecutus
Ima dabit requiem carina.

SYN.

SYNTAGMATIS *CRITICI, CAPITUM Synopſis.*

1. Somnum hominibus neceſſarium & ab Ethnicis Deorum numero aſſcriptum eſſe.

2. Quid veteres olim, quid hoc tempore noſtro de more illo bibendi ad prouocandum ſomnum ſcripſerint eruditi, qua ſacri qua prophani, & an comeſſari idem ſit, & Diui Pauli locus explicatur: Non in comeſſationibus.

3. Quam procul à Chriſtiano ex diuinæ voluntatis præſcripto debeat ſomnus, & lectorum mollities eſſe. De varijs peccati illecebris. Item locus D. Pauli explicatur: Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. &c.

4. De ſōno fabuloſo, prodigioſo, immoderatoque quorundam, tum hominum tum belluarum.

5. De ſomno præſtigioſo, ſeu magicis artibus prouocato, item locus explicatur Pſaltæ Regij: Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium & venefici incantantis ſapienter.

6. De perpluribus damnis ex ſomno naturali emergentibus apud homines diuerſæ dignitatis & conditionis, per exempla

item

item quædam Scripturæ loca explicata,& præſertim, *Securus dormiens requieſco & non erit qui exterreat.*

7. Demultiplici calice ſcripturarum,& inprimis de calice ſoporis,& ordinaria atque vſitata eiuſdem acceptione,vt prophanus eſt,non ſacer,de quo cap .9. cum explicatione locorum aliquot Biblicorum.

8. De calice Martyrum,& Paſſionis dominicæ.vbi de vino myrrhato, & Hiſſopo perplura,& ſanctiſſimo SS . Euchariſtiæ calice:cum elucidatione quorundam locorum ſcripturæ.

9. De pleriſque etiamnum in S.Scripturis commemoratis calicibus , in quorum gratiam etiam pleraque loca difficilia explicantur.

10. Monetur omnes vt à Sybaritica mollicie,ab immoderato ſomno,à malis bibendi artibus , & perperam inueterata Germanorum couſuetudine abſtineant, motu vindictæ diuinæ,&c.Item remedia quædam ἀλεξίκακα.Cum paræneſi. *Neſcis quid ſerus veſper vehat.*

NESCIS QVID SERVS VESPER VEHAT:
Siue
SYNTAGMATIS CRITICI, DE SOMNO CHRISTIANO potuque ſomnifero vulgò Schlafftrunck dicto.

CAPVT I.

Somnum hominibus neceſſarium & ab Ethnicis Deorum numero aſſcriptum eſſe.

SOMNI vſum mortalibus neceſſarium in confeſſo eſt, adeò vt ſine eo nemo vitam ducere aut prorogare queat. Perſeus Rex Macedonũ cũ à Paulo Æmilio captus cuſtodiæ militari traditus fuiſ- *Plut. in Æmil.*

 ſet,

ſet, pertæſi illam in ſqualenti carcere moram milites, ſomni copiam Regi non fecerunt, atque ita iugi vigilia illum interemerunt. Attilius item Regulus ab Carthaginenſibus captus, cum præſectis palpebris ſomni expers in carceribus degeret, mori debuit. Deerant enim illi velabra, quibus inconniuam oculorum vigiliam temperaret, viſuſque labores dulciſſima ſomni quiete permutaret. Ideo gentiles quòd tanta in homines commoda transfunderet, diuinitatem tribuerunt, more ſuo, quo illas creaturas Deorum inſeruerunt ordinibus, à quibus vitæ dignitatumque muneribus donabantur.

Gell. li. 6. c. 7. noct. Att.

Cur ſomnus Deus.

Sic Ouidius.

Lib. 11. Metamor.

Somne quies rerũ, placidiſſime ſomne Deorũ,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparaſque labori.

Imò Orpheus eum Regem felicium Deorum vocat, omniumque mortalium & animantium, quot ſuo gremio terra complectitur.

Orpheus in hymn.

ὕπνε ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν ἀνθρώπων
Καὶ πάντων ζώων ὁπόσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

Somni vtilitates diuerſæ.

Quæ verò ab eo in mortales commoda proueniant, grauiſſime complexus eſt Tertullianus. *Somnus* (inquit) *recreator eſt corpo-*

Libr. de anim. c. 43.

Corporum, redintegrator virium, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum, cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens etiam rebus colorem.

Et Seneca

Tuq; ô domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humana melior vitæ,
Volucer, matris genus Aſtreæ,
Frater duræ languide mortis,
Veris miſcens falſa, futuri
Certus, & idem peßimus auctor:
Pelle inſanos
Fluctus animi, redeat pietas
Virtuſq; viro.

Seneca in Hercu. Fur.

Senſus enim diurnis laſſati laboribus, ſomni tempore ſeſe reficiunt, & animales Spiritus tempeſtiuis lucubrationibus exhauſtos renouant, vt ad ſenſationes faciendas promptiores reddantur. Facultas quoque naturalis in alimenti concoctionem impenſius incumbit, vitaleſque ſpiritus in læuo cordis ſinu exactius elaborat, cæteraque ſuæ potentiæ munia per hominem largiter diſpenſat, vitæque ac ſaluti hominis aliorumque animalium mirificè conſulit, dum apta eiuſdem beneficio conſtitutio corporis conſeruatur, defectæque vires inſtaurãtur. Non inuenuſte etiã Homerus ad eundẽ finem dijs immortalibus

Phyſica ſomni operationes.

affingit ſomnum, poſteaquam in illo deorum conuiuio largiter epulati ſtationem ſuam quiſque repeteret poſt Solis occaſum. De Ioue enim Deorum Rege ſic canit in Iliade:

> *Ενθα πάρος κοιμᾶθ, ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος,*
> *ἱκάνοι*
> *Ενθα καθεύδε ἀναβάς.*

Iul. Pollux. Hinc veteres vbi conuiuationum finem faciebant, ſoléneijs erat extremum potum ἑρμῆν ſiue Mercuriũ dicere, quod illi more ſuo ſacrificarent à conuiuijs, libationibuſque eidem Numini delatis rite ſomni iucunditatem prouocarent. Honorem namque illum deberi exiſtimabant Mercurio, vtpote qui vltimâ conuiuantium propinatione, caduceo ſuo ſiue virgâ ſomnum mortalibus vel immittebat vel adimebat, tanquam patronus eius & præſes: ab Hebræis Simiarum inſtar id mutuati, quos apud paterfamilias oratione præmiſſa eiuſmodi poculum ſingulis accubantibus præbebat, quod הלל hælel, hymni poculum *Scal. 6. de Emend. tēp.* cœnas ſolemniores claudens vocitabant, vt teſtatur Ioſephus Scaliger, & alij. Quapropter non inconcinne Europæi noſtri vt ſomni dulcedine ritè fruerētur, ad eum conciliandum potum quendam ſiue hauſtum ſoporiferum, vulgò Schlaffdrunck vocatum, inuenerunt, quò vaporum deſi-

Somnũ conciliari per hauſtum peculiarem apud Germanos vſitatum.

tate

tate obſitum cerebrum facilius ſpiritus animales ad interiora à ſenſuum functionibus reuocet, nouoque labori pręparet. In quo cùm, vt indies docemur, varij defectus, peccataque mortalia regnent, operæprecium me facturum arbitror, ſi illam quoque Sardanapalicam bibacitatem inſigniter configam, & tenebroſas commeſſationes ad lucem moderationéque traducam, adeo vulgares, & protritas apud Germanos vt ſomno indulgere ſine eo non ſe poſſe putent, ſomnûque emere (velut olim Auguſtus, qui obærati equitis, & tamen ſecurè dormiëtis culcitram emi iuſſerat) liquido vino ex vitreis cornibus epotato, nitantur: nimirum illud facturi quod Diogenes de duobus rẽ inutilem tractantibus ſcite dixit: *Ille hircum mulget, hic cribrum ſupponit*. Immo vero non infructuoſam modò, ſed pernicioſam quoque ſaluti ſuæ operam pręſtát, dum hominem exuentes ad beſtiarum ſomno ſeſe dilatantium fœdam conditionem abijciunt, & perinde vt glires ac vituli marini impinguantur, qui illo tempore pinguiores, quo vtroſque non niſi ſomnus alit. *Mart. li. 13.*

CAPVT II.

Quid veteres olim, quid hoc tempore noſtro de more illo bibendi ad prouocandum ſomnum ſcripſerint eruditi, quà ſacri quà prophani; & an commeſſari idem ſit, & Diui Pauli locus explicatur: Non in commeſſationibus.

Libr. 6. Æne. Vir.

BOreales populi ſub polo arctico ad glacialem Oceanum, vt Sauromatæ Noruegiq; & alij, quos apud, ob ſolis diſtantiam, quod extra anni ſolisque vias degant, noctes longiores, & ad quartam partem anni, aut menſes perplures nõ videtur dies, poſſent litem Germanis intẽdere, quod proportione habita illis vaſtiſſima pocula epotanda ad glirium ſomnum dormiendum eſſet, quæ indies à Germanis alijſque ad fœdam ebrietatem vſque ad breues noctes decurrendas hauriantur. Eo fine videlicet, vt fortium Chriſtianorum exempla concipiant, in ſomno ex illo hauſtu ſoporifero generato, quibus ad fortitudinem parem pro religione, patria, parentibus, Rebus-publicis

publicis induendam exacuerentur, qui tantum abeſt, vt inde euigilent, vt etiam in plumis ſepulti Endymionis, qui quinquaginta ſex annis dicitur ſoporatus fuiſſe, ſomnum interdum, aut æternam noctem dormiant. Non ita Themiſtocles ille Græcorum hiſtorijs cantatiſſimus, ex quibus de eo refert Tullius, quod noctu in publico ambularet, nec ſomnum capere poſſet: quærentibus reſpondit ſe Miltiadis trophæis à ſomno ſuſcitari. Is enim Perſico bello cum Xerxe, rerum geſtarum magnitudine immortalitatem ſibi compararat. Non ita Iulius Cæſar Romanæ monarchię parens, qui Suetonio teſtante, ad illum apicem gloriæ peruigili labore peruigil euaſit; dum Alexandri Magni ſtatuam Alexandriæ intuens, tanta famæ trophæa ab adoleſcente poſita fuiſſe miratur, & ſe id ætatis parum pręſtitiſſe. Hinc Carolus Quintus toties maiorum ſuorum meminit, & Imperatorum præeuntium, quorum ipſe veſtigia calcans Religionem Catholicam aduerſus nouitia Lutheri commenta Chriſtiane defenderet, morumque corruptelam in melius transferret, nimirum,

4. *Tuſcul. quæſt.*

Suetõn.

In Conflit. Imperij Suis & alij.

> *Infelix tota quicunque quieſcere nocte*
> *Suſtinet, & ſomnos præmia magna vocat.*

Ouid. lib. 2 Amor. Ele. 9.

Quaſi verò mors ipſa, omnibus ſubeunda,

longa dormiendi tempora datura non ſit, vbi corpus vermium eſca fuerit, & forſan in Proſerpinæ peculio numerandum. Somnus fortitudinis inſtrumenta non ſuppeditat, ſed potius velut falce fortitudinem omnem præſcindit, & adimit: per-
ii.Reg. 26. inde vt olim dormienti *Sauli haſtam Dauid abſtulit*, videlicet fortitudinem, qua ad omnes infelices dæmonis aſſultus præmunimur, vt ab eodem *filij mortis vocari poſſimus*, ideoque abſtinendum eſt ab eiuſmodi illicijs potatorum, quibus ad imbellem ignauiam rationalis creatura formatur.

Certum autem eſt antiquitus, vbi veſperauerat, poſt occaſum ſolis in hanc potatoriam arenam, optimates præſertim, deſcendiſſe, & cum vtcumque largiter in cœna tum comederant, tum biberant, mutuis congreſſibus aciem inſtruxiſſe. Quod quam honeſtum fuerit, inde colliges, quod certe fœdiſſimum Deum more ſuo huic nocturnæ bibitioni præſtituerint, adeoque ſpurco monſtro ſpurcam hanc ingluuiem conſpurcarint. Et quidem vt libidinis præfectam Venerem, vt gaſtrimargiæ ſiue incontinentiæ Bacchum, vt auaritiæ Plutum, vt ſordium Cloacinam aut Stercutium: ſic Comum, Deum huius ſoporiferæ potationis, Præſidem ſtatuerunt, adeo

adeo inſignem vt à memoratis non turpitudine, ſed nominis diſcrimine diſcernatur. Deus enim, ſecundum Lambinum, eſt intempeſtiui, Luxurioſique conuiuij ſeu compotationis, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod eſt conuiuium inire meretricium & impudicum, & cum lupis eiuſmodi contra legem laſciuire ac pollui, vnde non immeritò Apoſtolus commeſſationibus interdixit omnibus, temulentiæque turpitudinem caſtigauit. Feſtus & alij illud commeſſari ab κωμάζειν, quod dicunt eſſe per vicos nocturno tempore diuagari ad veſpertiliones turpiter aucupandas, deducũt, illud prætendentes, primitus ante vrbes conditas homines in vicis & pagis, vti ex Cæſare liquet, habitaſſe, quos procaces hi comiſſatores obibant, comœdiaſque adeò turpes vinolentorum in vicis plateiſque petulanter exhibebant, nihil veriti, etſi Lunã ſplendere teſteſque oculos intẽdere viderẽt. Liquet id ſatis ex perperam inolita conſuetudine Græcorum & Romanorum, qui comiſſationes has poſt cœnam crebro adhibebant. Vti apud Athenæum videre eſt & Hieronym. Mercurialem. Apud Liuium vero ſatis manifeſtè refertur, *Demetrium poſt cœnam, quam ſodales acceperant*, dixiſſe; *quin commiſſa*

Horat. & Plaut.

Roman. 13.

Scal. libr. 7. Poet. cap. 5.

in diſcat ego rumeno.

Athenæus li. 1. & li. 5. lib. 4 c p. 17. var. lect.

Lamb. in Hora.

miſſatum adfratrem imus. Et paulo poſt Perſeus frater eius, ſic ad Demetrium loquitur: conuiuam me tibi committere auſus non ſum, comm iſſatorem te cum armatis recipiam? Suetonius in vita Domitiani hęc de iſto narrat: *conuiuabatur frequenter ac large, ſed penè raptim. certè non vltra ſolis occaſum*. Et in Vitellio clariſſimè commiſſationum meminit. *Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: in ientacula, prandia, & cænas commiſſationesq́*. De Veſpaſiano luculente. *Præter ſæuitiam, inſpecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem commeſſationes cum profuſiſſimo quoque familiarium extenderet*. Eius Ideam commeſſationis notabilem in vita Alexandri Cæſaris depingit Lampridius, cum amicos ille militares habuiſſet, vt vſum Traiani, quem ille poſt ſecundam menſam potandi vſque ad pocula inſtituerat, reſeruaret, vnum tantum poculum exhibebat, in honorem Alexandri Magni: quæ certè frugalis commeſſatio fuit, non Vitelliana, aut Flauiorum, nec modernorum Chriſtianorum, *quorum Deus venter eſt*. Ex his commeſſationes facile capiuntur, quas damnat Apoſtolus, quia,

Nox & amor vinumque nihil moderabile ſuadent.

vt & illa Comi illectamenta, quæ ſegetem vitio

Suet. ca. 21. in Domit.

Idem in Vitell. cap. 31.

Idem in Veſpaſ.

Lamprid. in vita Alex.

Phil. 3.

vitiorum omnium nutriunt, dum temulentiam, crapulam, impudicitiam, iurgia, & id genus vitia introducũt. Item colligere eſt commeſſationibus his ſomniferos hauſtus, adeoque monſtroſos ſucceſſiſſe ſtatario ritu ſumendos, quibus hoc præmium reportant, vt aliquando turpem animam exhalent, neſciantque verè quid illis vinoſus ille veſper aduecturus ſit. Vnde Apoſtolus ait: *manifeſta eſſe opera carnis, &c. commeſſationes, ebrietates, quæ prædixi vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Terribilis ſententia, quæ ſola ad auocandos animos ab eiuſmodi ſomnifera potatione ſufficeret. *Quare ſi laicis commeſſationes damnabiles ſunt, multo magis Sacerdotibus imputãtur ad gehennam. Venter enim pinguis*, vt ait Hieronymus ad Nepotianũ, *craſſum ſenſum generat, cum Sacerdotibus cõtra ſenſus vigil eſſe debeat, ac tenuis, atque adeo huic vitia obnoxij, in ſacerdotes vngi non debent.* Galat. 5o. Diſt. ca. 44 Finali.

Illud mirum forſan videbitur, hunc commeſſandi morem à vetuſtiſſimis idololatris, quorũ crebra in ſacris litteris mentio, deduci. Moabitæ, & Hammonitæ aliæque gẽtes finitimæ Idolo כְּמוֹשׁ Camos vel Chamos turpiter litauiſſe dicuntur. De eo enim loquuntur in libro Numerorum, Et in iudice Iephte, & lib. 1. Regum & 3. Num. 21.

& apud

3.Reg.11. Ierem.48. Vide cõmentar. in ca.11. Iud.&Tob. 3.4.1. Philoſtrat.

& apud Ieremiam prophetam. ſi hodiernis Rabbinis fidem damus, ex illorum punctatione Chemos legendum eſt, cum verſio Latina Chamos habeat, & ſeptuaginta Χαμώς reddiderint. Et hunc eundem cum Baccho plerique faciunt, vnde comeſſationem deriuatam tradidi, Deorumque numero inſeri, Comumque vocari in Iconibus tradit Philoſtratus, veluti qui Venereorum ſigna producat, eiſque latè in lenonum latibulis regnum obtineat, dum temulẽtiam infamem, ceu prodromum, ſoporiferis hauſtibus excitatum pręmittit. Plerique illum Palpatorẽ interpretantur, quod verè illa vini vaſa palpare, & quaſi palpum oculis mentis obducere cenſeatur. Hunc idololatrico more Numinis inſtar venerantur immoderati horum nocturnorum hauſtuum potatores, & tametſi ab gentilium gerris longè diſſideant, nihilominus hic opere ipſo infandæ idololatriæ cõmunicant. Et quidẽ is adeo vulgaris mos inualuit, vt penè nulla caſa licet humilima, futura ſit, vbi non ritus huius aliquot inuenire veſtigiũ poſſimus: vt regũ magnatumque palatia, vt Comitum nobiliumque caſtra, religioſorũ ciuiumque ædificia trãſgrediar. Neque tamen in his adeo obtuſus ſum, vt citra laudabilẽ morẽ id fieri nõ poſſe affirmẽ, cum dicã hoſpitalitatis & Chriſti

anæ

anæ fraternæque beneuolétię argumétum eſſe. In próptu exempla ſunt, quibus apud optimos religioſos in collegijs & monaſterijs laudabiliter frequétari doceatur. Rem damnare & proſcribere adeo vſitatã, mens mihi non eſt, omnibus in rebus modum congruentem virtus efficiet, & intra diſciplinæ gyrum cohibebit bibentes.

Finis autem, quem in hoc faciendo hauſtu præfigunt, eſt, vt ſomno ſuauius perfrui queant, ideoque Græcis ὑπνοπόσων dicitur, quaſi ſomni præambulus potus, Germanis ſchlafdrunck vbique locorum dicitur, Belgis ſchlapdranck / ſo man ſchlapen gaet / Gallis *vng petit banquet apres auoir ſoupé*: Italis *vna collatione dopo la cena*: Polonis collacia: Hiſpanis *manyar despues de la cena*, alijs denique populis aliter, illi hauſtus ſoporiferi nominantur, vnde eius vſum ab omnibus penè exerceri ſubducimus gentibus: attamẽ nullã adeo in eo atq; Germanos delinquere, qui nomina poculis capacibus varia imponũt, nõ vt bibendi metã ſtatuãt, ſed vt inchoent, & diei defectui, noctis ac tenebrarũ partes aſſuãt, & cũ veſpertilionib. laridũ veſtigẽt. Deũ ſc. ſomnũ venerari incipiunt, eique ſacra nocturna faciũt, vt boni genij poculũ nõ vnum, ſed multa exinaniãt Antiquorũ exẽplo moti, qui peracta cœnã menſaque ſublata meracum inferri iubebãt, vnuque calicẽ ad vſque labra ſuffuſũ in orbẽ circũmittebãt, q calix ἀγαθοῦ δαίμονος *Zenodotus. Ariſtophan. interpres. in veſpis ex Theopompo & Apollodoro.*

dicebatur, id eſt, boni genij, cui aliud nomen Athenæus aſſignat &, eundem μεταvίπτρον dici vult, quod videlicet à lotione mannum inferri ſolitus eſſet. Quaſi boni genij venatores etiamnum noſtrates tunc ſint quando in nocturnis his commeſſationibus obbrutuerunt, ſomniq; illectamenta conſectati ſunt, quæ tamen Dominus noſter in ſacris litteris adeò interdixit, vt in ſequentibus patebit. Diſcant à frugali Magiſtrorum Colonienſium cõuiuio in ſcholis artium agitari quotannis ſolito, vbi rorantibus vno aut altero vitro id clauditur. Denique vtrum moris huius initia apud Prophetam Iſaiam habeamus, ego nunc non aſſero, conſtabit ex ſequentibus. Vix enim dubito per calicem ſoporis, cuius eodem in capite bis Iſaias meminit, ſoporiferum hunc hauſtum intelligi. At de hoc poſtea.

Athen. li. 11. dipnoſ.

CAPVT

CAPVT III.

Quam procul à Chriſtiano ex diuina voluntatis præſcripto debeat ſomnus, & lectorum mollities eſſe. De varijs peccati illecebris. Item locus D. Pauli explicatur: Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, &c.

INter vitiorum ſiue illecebras ſiue fomites, quibus vita noſtra à regio bonorum operum tramite auocatur, etiam eruditi ſomnum poſuere, vtpote, qui & rationis naturalis lumen obtenebret, & cœleſtis gratiæ radijs noctem obijciat. Vt enim ſolis Lunæq; deliquia ſeu Eclipſes ex terræ interiectione eueniunt: ſic vitæ benè ducendæ deficientia, ex horum brutorum vitiorum interuentu atque obice generatur. Memoriæ autē cauſa hoc diſticho complexa apud Antoninum ſunt. *Lib. 6. hiſt. ſum. ti. 13. ca. 6.*

Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,
Proſperitas, ludus, carmina forma, puer.

De primo nemo dubitat, cum otia non minus ſacræ paginæ, quam gentilium monimenta confixerint: *multam* namque *malitiam docuit ocioſitas, & in deſiderijs omnis ocioſus eſt.* *Otium peccati illecebra. Eccl. 33.*

Ouidius. *ſus eſt.* Et cantatiſſimum illud Ouidij:

Ocia ſi tollas, periêre Cupidinis arcûs,
Contemptaq́ iacent & ſine luce faces.

Segnities. De ſecundo Martialis.

Quæritur AEgyſthus, quare ſit factus adulter?
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.

Somnus. De Tertiò Cato in diſtichis moralibus.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto.
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.

Cato. De quarto ait Apoſtolus: (quod impenſe medium noſtri æui hæretici non vſurpāt.)

Rom. 14. *Bonum eſt, non manducare carnes.*

Fœmina. De quinto eleganter Claudianus.

Ferrea laſciuis molleſcunt corda ſagittis.

Vt & D. Hieronymus: *ferreas mentes libido domat.* Vnde Helinandus appoſitè apud Antonium ex etymo nominis argumentatur: Mulier à molliendo vt & malleus dicitur, quia ſicut Faber per malleum mollit ferrum, ſic Diabolus per mulierem mollit malleatque vniuerſam terram.

Vinum. De ſexto quoque Apoſtolus. *Nolite inebriari*

Ephes. 5. *vino in quo eſt luxuria.* Virgilius quoque.

Et Venus in venis, ignis in igne furit.

De ſeptimo Ouidius.

Luxuriant animi rebus plerumq́ ſecundis.

Proſperitas. D. Auguſtinus. *Secunda res ſapientum animos fatigant: plus obfuerunt Salomoni, quam ipſa ſapientia profuerit: contra aduerſitas aliquando retrahit à peccatis:* Vide ſententiam ab ipſo Salo-

Salomone latam. *Proſperitas ſtultorum perdet eos.* Ideo per Oſeam ait Dominus: *Sepiui aures tuas ſpinis, vt ſemitas tuas non inueni res, & poſt amatores tuos non curreres.* Spinæ ſunt aduerſa. *Oſe. 2.*

In octauo, nimirum iocum accipit, quod mœror ac triſtitia libidini repugnet, quia vt poeta ait: *Ludus ſeu iocus.*

Non ſolet in mœſtos illa venire thoros.

De nono grauiter expoſtulat Eſaias, videlicet carmine, per quod muſicam molliculam ſeu voce ſeu inſtrumentis factam intelligit. *Cythara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in conuiuijs veſtris, & hinc opus Dei non reſpicitis.* *Carmen.* *Eſai. 5.*

De decimo eſt illud, *Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.* item *Forma.*

Rara eſt concordia formæ
Atque pudicitiæ. *Iuuenalis.*

De vndecimo nimis notum eſt omnibus, quam in malum prona & effrenis ætas illa ſit. Quantum enim periculi ſexus adfert in muliere, tãtum ætas in puero. Periculoſa eſt ætas pueri, periculoſior ſocietas, periculoſiſſima familiaritas. vnde colligere eſt, nihil moderabile noctem, vinum, amorem ſomnum ſuadere nobis poſſe, dum vltro in arenam illam nobis damnoſiſſimam deſcendimus. At vero ſi Chriſtus Dominus lapidẽ deſiderauit, quo ad ſomnũ capien- *Puer.* *Matth. 8.*

dum vteretur, quid mollia ſtrata petimus? punicea inuolucra, ac lanuginoſas anſerum cygnorumque plumas? in quibus dormire noxium corporibus, tum propter nimiam molliciem, tum propter calorem excitatum aggeribus plumeis, quibus corpus demerſum eſt, qui cibos, iuxta Clementem Alexandrinum, non concoquunt, ſed incendunt, & inſomnia, cruditates, febres & id genus alia protrudunt. Si Iacobus Patriarcha orator lapidem capiti ſuppoſuit in Bethel, cum in ſomnis Angelos aſcendentes deſcendenteſque ſpectauiſſet: Si in fabulis lectum ſponſæ inæqualem lapide correxit Vlyſſes: Si multi ſanctorum χαμευνίας, ſeu humicubia ſanctè frequentarunt, vt carnis infrenatã petulantiã coercerent. Vtique vinolẽtis ſomnolentiſq; potius durities ſtratorũ quã mollities erit adhibẽda. Non enim aliud eſt, quã oleum camino addere, & in lubrico carnis noſtræ petulantiã hærenté ad præcipité lapsũ propellere. *Surge qui dormis* potius, ô Chriſtiane, *& illuminabit te Chriſtus*, ni à mortis fratre ſomno ad ipſam mortem tranſire deſideres.

Lib. 2. Pæd. cap. 9.

Molles lecti morbos generant.

Apud Homerum.

Epheſ 5.

Vide ſtatum præſentis vitæ, & quam facili impulſu proſcribamur à vitæ noſtræ ſtatione conſidera. Aliud enim ſomnus non eſt etiam ex Philoſophi mente, quam medium quoddam inter viuere & non viuere

uere, vt nimirum vita noſtra cum ortu & interitu noſtro conſentiat. De interitu notum eſt omnibus: de ortu in vtero matris ab embryonibus docemur, qui medio modo ſomnum inter & vigiliam vegetantur, vti viuere aut etiã nõ viuere ſuo modo dici queant, potiuſque huius lamentabilis vitę exordia â torpido ſomno quã vigilia auſpicemur. Eccleſia etiam mater noſtra pręter illa ſapientum placita indies ante ſummam Miſſam cani ſtatuit: *Media vita in morte ſumus*; vt meminerimus hic regionem vmbræ mortis eſſe, vaſtæque ſolitudinis ac horroris, in altera vero vita terrã viuentium, de qua merito quilibet cum pſalmographo exclamet: *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Turpe militi eſt Campanis effæminari delicijs, vbi Ducem ſuum aduerſus niues Scythicas & borealem glaciẽ videt obdureſcere. Turpe vtique in mollibus procumbere tabernaculis ſeruo, & Dominum in atrocibus ligno, petra, marmore, quæ Caucaſeis duriora ſunt rupibus, reclinari. In ligno & quidem nõ niſi verminoſo ſomnum cepit, *quia ipſe quaſi tenerrimus erat ligni vermiculus*, qui duntaxat in ligno poſſit quieſcere, & quidem perforato, quippe qui clauis ad feralem ſtipitẽ conclauatus preciũ Redẽptionis noſtræ perſoluerit, *Vermis & non homo, opprobriũ*

Ariſt. lib. 9. Animal.

Idem li. de ſomno vig.

Pſalm. 26.

De lecto Chriſti Domino.

2. Reg. 23.

Pſal. 21.

hominum & abiectio plebis. Cur autem in ſepulchro lapideo & petra cubare voluerit, vtpote *cuius in figura lectus ferreus monſtretur*

Deuter.3. notum eſt, quod velut lepuſculus, canum venatorumque manibus elapſus, id eſt, ſicariorum lictorumque crucifigentium, in *pe-*

Prou.30. *tra cubile ſuum locauerit* triduo, ſcilicet in ſepulchro. Elegit autem quietem in adeo duro ſtrato, quod vitam militarem dedeceat plumeis iſtis aggeribus demulceri. De

Sext. Iul. Front. li. 4. Hannibale Carthaginenſis gloriæ vnico aſſertore legimus, referente Frontino, quod cum militaret plerumque ſuper nudam humum ſagulo, id eſt, veſte militari tectus ſomnos capiebat. In eam rem appo-

Seneca de Remed. Fortuitorũ ſite Seneca dixit: *Non in mari, terra aut prælio ſolum vir fortis apparet, exhibetur etiam & in lectulo virtus.* Dormiuit ergo Dominus

Pſalm. 3. noſter *& ſoporatus fuit & exſurrexit, quia Dominus ſuſcepit illum.* Tolle ergo fomitem, ſi tui domini inſiſtere veſtigijs vis, & peccatum tolles; amputa occaſionem, nec eualeſcet iniquitas. Seuerus propheta eſt Amos, in mollicellos eiuſmodi & in delicatorum lectiſterniorum cupidos, nec immeritò. *Væ*

Amos 6. *vobis opulentis, &c. qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris.* Quo etiam in Oolam & Oolibam ſorores ſpiritu inuehitur Ezechiel, quod ab idololatriæ vitio faſcinatæ gentium inſanias adamaſſent: notans

ſtans Samariam & Ieruſalem regni Iſraelis & Iudæ Metropoles. *Sediſtis in lecto pulcherrimo*, cum nimirum *iuuenes Cupidinis vniuerſos euocarent ad ſe, & ſuper Chaldæos in pariete pictos, imagineſque eorum coloribus expreſſas*, adeo concupiſcentia inſanirent, vt oblitæ Dei ſui fuerint, & poſt corpus ſuum proiecerint, & ſanctuarium eius polluerint. Id lecti poteſt mollities, id illa ebriorum conceptacula, quibus poſt iteratos ſoporis hauſtus implumatur. Nõ difformiter vtiq; ab illa Salomonis quam deſcripſit lupâ, ornatu induta meretricio, *quæ intexuerat funibus lectulum ſuum, & tapetibus pictis ex AEgypto ſtrauerat*: ſic quippe ornare moris erat, quemadmodum ex propheta Amos & lib. Heſter colligimus. *Ezech. 23.* *Prouer. 7.* *Amos 3.* *Heſt. 1. & 7*

Quapropter abſtinendum Chriſtiano eſt ab herboſis thoris voluptuariorum & ſtibadijs ex ceſpite, gramine, vluaque paluſtri concinnatis, ab citreis lectis & punicanis, aureis item, argenteis ac teſtudineis: quos docuit fieri luxuria, vt Plinius teſtatur, nimirum *ſecare teſtudinum putamina in laminas, lectoſq; ac repoſitoria. his veſtiri Carbilius Pollio inſtituit*. Multomagis autem in gemantibus his tabernaculis aulæa conchyliata, ac periſtromata Babylonica euitanda ſunt, quod malorum materiam ſuppeditẽt. Quamobrem enim exiſtimamus notæ *Plin. lib. 9. cap. 31.*

ſanctitatis viros illam ſtratorũ mollitiem deteſtati ſunt, vt nunc pœnitentiæ lacrymis lauarent per noctes ſingulas, nunc contraria aſperitate exaſperarent. D. Benedictum refert Magnus Gregorius, ſpinis exacutis ſeſe induiſſe inuoluiſſeque, vt ſurreptitios libidinum igniculos compungeret. S. Franciſcum D. Bonauentura refert niuibus ſe contexiſſe, ſimulacraque cõiugis, liberorumque effigiaſſe, vt igniẽtes carnis flammulas niuoſo frigore cõſopiret. Ohe! vos liguriones, quid de vobis ſtatuendum, quod vino incalueritis, etiam impiatis lectiſternijs Cupidinis faces accenditis? quid aliud agitis mortem ſomni fratrem iſtis illicijs in vos accerſitis, & vndequaq; exarmati miſerè aliquando animam abijcitis. Scite de eo Diogenes Cynicus cum à Medico ob ſomnum immoderatum argueretur, ὁ γὰρ ἀδελφὸς τὸν ἀδελφὸν προλαμβάνει, frater fratrem præuenit. Rectè Martialis in vitæ ſuæ beatę deſcriptione, *ſomnum, qui faciat breues tenebras*, poſtulat: quod vt omnibus inuiſa mors eſt, ſic quoque imago mortis inuiſa eſſe debeat. Hinc duplicem ſomnum declinandum in ſacris paginis docemur, ne fatali illo ſomno & ineluctabili tum vitæ huius, ſcilicet morte, tum futuræ, nimirum damnatione inuoluamur. Et inprimis peccati

a Dialog.

D. Bonau. In vita S. Franc.

Plutar.

ti ſomnus exterminandus eſt, ex illa nimia bibendi & immoderata auiditate proficiſcens, de quo inſigniter Apoſtolus ad Romanos ſcribit: *Scientes quia hora iam nos de ſomno ſurgere.* Roman. 13.

Et quidem peccatum ſomnum eſſe, nemo ambigat. vt enim ſomnus inſenſibilem facit hominem, ne in functionibus ſenſuum occupetur: ita quoque peccatum ne ſpiritualis vitæ operationes exerceat, efficit. Perinde namque vt in medijs hoſtibus hoſtilique vrbe depoſiti ſunt Regis Syriꝫ ſatellites ad capiendum Heliſæum emiſſi, vbi eos cæcitate percuſſerat propheta: Sic conſopitos hoc miſerabili ſomno in medijs ſæuientium tyrannorum periculis exponit diabolus, & latronum ſicis obijcit. Multum eſſet ſi ſemiuiuum relinquerent: vt illum Samaritanum: at *miſericordia domini multa, quia non ſumus conſumpti.* Et quid animæ facultates velut falce ſomnum incidere & operationes abſcondere, dico; cum in beſtiarum nos ordinem redigat. Nam rectè ait Philoſophus, quod in dimidio temporis, quo dormimus nimirum, non differimus à beſtijs. Negas? Nabuchodonoſorem conſule, quem ſuperbia admirãda metamorphoſi deformauit in bouem. & prophetam: *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus iumentis* 4. Reg. 6. Luc. 10. Thren. 3. Ariſtot. Dan. 4.

& inſipientibus, ſimilis factus eſt illis, Item Boethium: Hominis iſta conditio, vt ſi ſe noſſe deſierit inter beſtias redigatur: quod fit cum vitiorum ventoſo fumo atque fuligine intelligentia denigratur, *& funibus pec-*
Prouerb. *catorum ſuorum*, ad lanienam, vt in macello beſtiæ, *cõſtringitur*. Quid enim ſynceri ille videat, cuius obtuſa oculorum internorũ acies & fucata, non niſi illos colores quibus imbuta eſt, contempletur? Nunquid ſomnum captanti identidem vſu venit, vt ei falſa pro veris, vmbræ pro corporibus, imagines pro rebus, mendacia pro veritate obtrudantur. Ille apud comicum paraſitus putabat ſe Philippum Regem eſſe Macedonum, experrectus inuenit fallaciam. Et ille apud Lucianum Micyllus per ſomnum opulentiſſimus, experrectus cerdo erat Iro pauperior. Quæ ſibi peccatores non promittunt? at vmbras & imaginem Nar-
Iſaie. 19. ciſſi fugaciſſimam inhiant. *Sicut ſomniat eſu riens & comedit, cum fuerit expergefactus vacua eſt anima illius; ſic erit multitudo omnium gentium*: peccato originis & proprio demer-
Sap. 5. ſarum. *Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra*, opes, dignitates, forma. Elegantiſſime Lipſius in ſuo nobili epitaphio.

Humana cuncta, fumus, vmbra, vanitas
Lipſ. *Et ſcenæ imago, & verb. vt abſoluam, Nihil.*

Quantum malum ſit eiuſmodi lethargo

Syba-

Sybaritico ſeu peccati ſomno diffluere, vide *Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce & dulce in amarum.* Caput curandum à Medico magno, & ſomni maligni operationes phantaſticæ excludendę, vt Deum accipiant toto pectore, tota capedine. Palato non ſano pœna eſt panis licet ſuauis ſit, & oculis ægris odibilis eſt lux, quæ puris eſt amabilis. *Iſai. 5.*

Cæterum vt in amplectendis bonis grauiſſimo peccati ſomno decipimur, adeo vt fugacia loco permanentium, temporaria loco æternorum deligamus; ſic quoque in periculis, quæ reuera pericula ſunt, ſubterfugiendis cæcutimus. Iacturã opũ, diuitiarumque timemus, cœleſtiũ theſaurorũ virtutumque vaſtitatem nequidquam formidamus. *Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.* *Pſalm. 23.* Sodomitarum libidinãtium vitam & pœnam omnes nouimus, & tamen fami liam inde ducere non erubeſcimus. *Dormiemus in confuſione noſtra.* *Hierem. 3.* vti robuſtiſſimus *Iud. 16.* Iudicum Sampſon in gremio Dalilæ meretriculæ dorminit, Philiſthæorum factus ludibrium. Audiamus Apoſtolum paternè nos ab eiuſmodi infelici ſomno dehortantem. *Non dormiamus ſicut cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus,* *1. Theſſ. 5.* & cum Ezechia ad ſu-

Eſai. 39. premi numinis iram declinandam ingeminemus: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

De altero ſomno naturæ debito quid commemorem? cum conſtet eum nos cōditionis noſtræ reddere memores, à quo etiam abſtinendum magiſtri morum in gentibus docuerunt. Refert de Alexandro Magno Ælianus, quod cum ab adulatoribus Deus vocaretur, nihilominus ſe mortalem dictitaret, quandoquidem ſic eum ſomnus condocefaceret, & mortis imaginem repræſentaret: mortuiſque potius quam viuis ſe conformaret. Plato certè præclarus Philoſophus, *Somnum multum neque corporibus, neque animis, neque rebus gerendis conducere dicebat. Nemo enim dum dormit alicuius pretij eſt, non magis quam ſi non viueret.* Quare quicunque *viuere & ſapere cupit maxime, quam longiſſimo tempore vigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruata. Vſquequo piger dormis?* quando de ſomno ſurges, *& veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus.* Vſquequo noctem vertitis in diem? vt Sampſonis vigiliæ nocturnæ, diurnum ſomnum exigebant. Diuus Auguſtinus alicubi aperit, indecens eſſe Chriſtiano ſi radius ſolis in lecto ipſum inueniat. Hoſtes enim quibus incurſamur

Plutar. in Alexand.

Lib. 7. de legibus.

Prou. 24.

ſamur indies, adeo atroces & inhumani ſunt, locus in quo pugnamus adeo iniquus, natura lubrica infirmaque, vt tametſi à poſſeſſione virtutis cęteri vitiorum aſſultus nō auerterent, immoderatio ſomni naturalis, remigijs poculorum enormium excitata proturbaret. Quæ in ſemianimi homine mundus, caro, diabolus non efficient hoc infelici ſtatu temporum, hoc peccatorum tyrannico principatu? Sic miſerabilis Isboſeth ab latronibus duobus Banaa & Rechab fuit contrucidatus in meridie, cum intemperantem quietis dulcedinem captaret. Sic ſi armis manuque valida nihil præſtent, illicijs & blandimentis deijciunt. Lac dulciculum, vti Iahel Siſaræ, propinant, & fortius ſomnum oſcitantiæ prouocant, vt validius clauo per tempora adacto miſeros interimant. Apage cum calice ſoporifero in loco immunito, in periculoſis tempore ac ſtatu. Apud Victorium Demoſthenes in oratione aduerſus Xenothimin, improbitatem illius oſtendit, quod infelice temporum perturbatione, & velut procelloſo aduerſorum mari, vino immoderato ſe obruerit, & ſomno rerum tractādarū immemor mergeretur, ideoque multis ſupplicijs excarnificandum iudicaret: *2. Reg. 4.* *Iud. 4.* *Vict. lib. 8. var. lect. c. 4.*

ἐι γαρ

εἰ γὰρ ἐμ κακοῖς καὶ χειμῶνι τοσοῦτομ οἶνομ ἐπιενεμ. ὥςε ὅμοιομ εἶναι μανηατί οὐ ἄξιος εἶμαι παθεῖμ. Demea increpat Syrum temulentum varieque illius culpam exaggerat, nimirũ: In ipſa turba, atque in peccato maximo, quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſti, ſcelus, quaſi re bene geſta, &c. non enim conuenit in mundo lamentabili ſic viuere vel potius non viuere. *Muſica in luctu importuna narratio.*

Terent. in Adelph.

Eccl. 22.

Neque tamen ſomni neceſſarij hic vſum refuto. Nam nemo ſine eo, vt in ingreſſu dixi, viuere poteſt, per quem cruditates, inſomnia, aliaque mala propulſantur. Roboratur item virtus digeſtiua ad animã vegetantem pertinens, dum calorem ad interiores partes reuocat, itidemque ſumpta cibaria cõſumit, vnde melius tegi dormiẽs ex defectu caloris exterioris, quã vigilans opus habet. Item infirmi ac debiles pharmacis medicinalibus exhauſti; curis quoq; ac anguſtijs emaciati per ſomnum valetudinem priſtinam recuperant, in quem finem in ſalutem animalium conceſſum Ariſtoteles aſſeuerat. Quocirca ad oculũ ſomni intemperantis odia proponenda ſunt.

Lib. de ſom. & Vigil.

CAPVT

CAPVT IV.

De ſomno fabuloſo, prodigioſo, immoderatoque quorundam, tum hominum tum belluarum.

ADmiranda iure merito lyra Apollinis, qua Argum centoculum alioſque monſtroſos draconesſ oporauit; admirabilior ſi à ſopore reuocaſſet, atque ad humanitatem ciuilemque conuerſationem traduxiſſet. Pulcherrimum illud de quibuſdam rerum geſtarum magnitudine claris viris elogiũ, *ſomnum non vidit*, quinod Luſcinijs etiam laudatum inuenimus, vt vigilãtia alicuius in eo quod non tantum quantum Luſcinia dormiat, quæ antelucana muſica, hominũ iumentorumque labores præoccupat. ὕπνος ἀπέςω γλυκύθυμος ὀμμάτων. Abſit ab oculis ſomnus dulcis, ne veluti delphinus aliquis aut balæna ad obiectum ſolis in arena dormias, funibuſque atque anchoris ita ab hoſtibus tuis firmeris, vt in prędam cedas venantibus. vt de illis refert Olaus.

Ariſtophon.

Olaus Magnus lib. 21. ca. 21.

Pudor eſt & ferale quoddam propudium, nobiliſſimam vitæ noſtræ portionem ignauo ſomno tranſmittere; loquor cum

Comi-

Plau. Bacch. Comico. *Quia edepol certo ſcio, Vulcanus, Luna, ſol, dies, dij quatuor, non illuxere* peiorem ſomnolento. Apud Germanos veteres vetus etiam inoleuit prouerbium, Früh aufſtehen macht ſeelig/gelehrt/geſundt/ Reich. Pſalm. 87. Prouer. 1. de primo notum eſt: *quia mane oratio mea præueniet te & qui mane vigilant ad me, inuenient me.* de altero vt de primo vulgare: auroram Muſis amicam. Tertium hactenus oſtenſum eſt, & ait Sapiens: Prou. 20. *noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.* Quartũ Luſitani nos ac Bataui negotiatores docebunt.

Inprimis ſe nobis offert Endymion, Lunæ amaſius, propter quem parentē Iouem obteſtata eſt, vt cum illius formã deperiret quidquid optaſſet, hoc impetraret (quod ſapientiores de Lunæ motu & aſtrorum capiũt quem peruidere propoſuerat.) Optauit ergo perpetuum ſomnum dormire illũ, ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων, vt Ariſtot. teſtatur: quem tamen ignauum ſomnum ipſemet etiam Tullius proſcribit. Itaque libro quinto De finibus refert, nobis inſitum à natura, vt agamus quippiam. Itaque (ait) ne ſi iucundiſſimis ſomniis nos vſuros putemus, *tamen Endymionis ſomnum nobis nolimus dari*; 5. de Finib. idque ſi accidat, *mortis inſtar putemus.* Ab inconuenientia ſomni immodici longè melius in Tuſculanis diſcurrit. 1. Tuſcul. q. *Quaſi vero ita quiſpiã velit nonaginta annos viuere,*

re, vt cũ ſexaginta cẽfecerit reliquos dormiat Ne ſues quidẽ ia velint: non modo ipſe. Endymion vero ſi fabulã audire volumus, neſcio quando in Latmo (is mons prę altus eſt Caria) *obdormiuit, nondũ credo experrectus*. quãquã Ariſto. hoc exẽplo neget Deos immortales ſtupere ſic & mono grãmos eſſe. Epimenidem eodem lethargo obrutũ ferunt hiſtoriæ, quem Pythagoræ coæuum faciunt: vt Gellius Laertiuſque meminerunt. Is à parente ad ouem recuperandã emiſſus ad Gnoſum Cretẽſis inſulæ oppidum, æſtu & itinere feſſus in ſpecum ſeceſſit, ibique tam grato ſopore occupatus fuit, vt à quibuſdam 77. annos vel 40. à Pauſania, ab Eudemo 47. vel 75. vel 57. à Plinio & Apollonio ibidem hæſiſſe ſcribatur. Plinij verba ſunt. *Magna quidem fabuloſitate, quam equidem in Gnoſio Epimenide ſimili modo accipio: puerum æſtu & itinere feſſum, in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe annis, rerũ faciẽ mutationemq; mirantem velut poſtero exporrectũ die*: hinc pari numero dierũ ſenio ingruente, vt in ſeptimũ atque quinquageſimũ & centeſimũ vitæ duraret annnum. De Ruſtico quodã hoc noſtro tempore alius narrat, eum per totum autumnũ, ſequentemque hyemem dormiuiſſe ſub fœni cumulo, quoad fœno depaſto experrectus ſemianimem, externatumque ſenſibus referre viſus eſt. Carolo IV. imperante iuuenis quidã ſcholaſticis diſciplinis deditus

Luc. in Timone. Apul in Florid.

Lib. 7. c. 52.

Krantz. li. 8 Vanda. c. 39

ad armarium abſtruſius domus ſuæ receſſit, vt ſuauius dormiret, nemine conſcio. Septennium iam ab illius cubitatione fluxerat, cum quidam curioſius quid ſibi ſecretus ille riſcus in pariete aut concameratione velit, inquirit, quidque eadem contineatur explorat; cum ecce tibi iuuenem quendam dormientem inuenit, quem grauiter contuſum excitauit. Quo viſo ſtupẽtes domeſtici ſubducunt eundem eſſe iuuenem, qui ſeptẽ annis antè diſparuerat, nec aliud ſe paſſum dictitabat, quam quod homines longo oppreſſi ſomno pati ſolent.

Ad cantatiſſimam illam ſeptem dormientium hiſtoriam conuertor, quorum anniuerſarium obitus diem Eccleſia celebrat. Latini ſexto Kalendas Auguſti: Græci vero pridie Nonas Auguſti, & vndecimo Kalendas Nouembris, quando ſpecu ſubterraneo incluſi, & rurſum tempore Theodoſij iunioris inuenti ſunt, in Menologio eorum mentionem faciunt. Cur autem vocentur dormientes, duplex paſſim ratio adducitur. Altera eſt, quod hi SS. Martyres tẽpore Decij Martyrio coronati ſint, & demum vbi intra ſpecum obſerati fuiſſent, reſerato oſtio veluti rediuiui apparuerint, ideoque pro more conſueto Eccleſiæ ac ſcripturæ dormientes ſint vocati,
Ioann. 11.
exemplo

xemplo Chriſti apud D. Ioannem, & Apoſtoli ad Theſſalonicenſes, vbi ij, qui piè religioſeque ſunt vita functi, dormientes vocantur, Lazarus, Stephanus, alij. *Actor. 7.* Altera, quod ijdem temporibus Decij, vſque ad vltima tempora Theodoſij Iunioris, intra ſpeluncã clauſi, ſomno capti ad ducentos fere annos reuera dormierint. Qui hæc putarint ſunt inprimis Metaphraſtes, Nicephorus, Cedrenus in compendio anno Theodoſ. 23. Ex latinis Gregorius Turonenſ. Sigebertus in Chronicis. Porro ſententiam poſteriorẽ multa ſunt quæ dubiam faciant, vt in annalibus & Martyrologio ſuo elegantiſſimè docet Baronius. *Sur. Tom. 4 li. 14. c. 45. de gloria Conf. c. 95 Sigebertus Anno 447.* Nam hæreſim illa tempeſtate exortam, damnatam per hos dormientes diuinitus fuiſſe aſſerunt: quę Reſurrectionem carnis cum Sadducæis negabat. Veruntamen nihil tale quid contigiſſe tẽporibus Theodoſij Iunioris reperitur. Neque enim in ſacroſancto Concilio Epheſino, quod ſub eodem Theodoſio celebratum eſt, neque ſacroſancta Synodo Chalcedonenſi poſt illud proxime habita, vlla vnquam mentio de eiuſmodi hæreſi facta inuenitur, quæ vtique primis SS. Patrum illius Synodi ſententijs iugulari debuiſſet. Deinde ſi ad aſtruẽdam fidem Reſurrectionis hos Martyres excitare Deus voluerit, vtique

reuera illos vita fungi oportuit, ſi Reſurrectionis à mortuis teſtes futuri erant. Præterea aliquis ſcriptorum illius tēporis rem geſtam adeo memorabilem, miraculum adeo grande litterarum monumentis conſignaſſet. Denique Stephanus Epiſcopus Epheſinus, cuius meminit Metaphraſtes, intruſus armorum vi in eam ſedē fuit, & in latrocinio Epheſino communione Eutychetis atque Dioſcori pollutus, vt habent acta, quæ recitãtur in Concilio Chalcedonenſi; cuius quidem communionem merito prædicti dormientes execrari ac vitare quoque debuiſſent. Sententiam priorem vt tutiorem ãmplectendam iudicaré. ſic enim Lazarus amicus noſter dormit, ſic Stephanus obdormiuit, ſic alij vitam hanc miſerabilem cum illa glorioſa permutarunt. Quod eorum grauiſſima tormenta, quibus temporibus Decij excarnificati ſunt, facile euincunt.

Conc. Chalc. Act. I. & II

Similem huic hiſtoriam recenſet Paulus Diaconus in principio hiſtoriæ de ſeptem dormientibus, qui in extremis Germaniæ Aquilonaris finibus Circium verſus in antro ſub eminenti rupe ſito inuẽti ſunt. De quibus itidem Epiſtolam ad Sulpitium Epiſcopum Bituricenſem Gregorius Turonenſis ſcripſiſſe videtur, qua eorundem recenſet originē, quos tamen reueravita functos affirmat, recitatq; eorum

Lib. I. hiſt. Longob. c. 3.

Greg. Turon in epiſt. ad Sulpit.

nomina, Clemens videlicet, Primus, Lætus, Theodorus, Gaudens, Cyriacus, & Innocentius. Qui 7. viri, vt apud Olaum eſt, longo ſopore ſopiti quieſcunt, ita illæſis nó ſolum corporibus, ſed etiam veſtimentis, vt iccirco à Barbaris inſigniter colantur. Hi quantum ad habitum ſpectat, Romani eſſe cernuntur. Quorum vnum cum quidã temerario auſu amictu ſuo ſpoliare vellet, mox eius brachia aruerunt, pœnaque vnius adeo reliquos perculit, ne quis eos vlterius contingere auderet. Priores certe ab his & tempore & loco & nominibus non parum differunt, qui *Maximianus*, *Malchus*, Martinianus, Dionyſius, Ioannes, Serapion & Conſtantinus vocantur. Lepidum inprimis illud eſt, quod de Sybaritarum illo dromone refert Athenæus, adeò illum ſomno deditum fuiſſe, vt in popinis & circulis paſſim iactitaret; ſe annis plus minus viginti ſolẽ nec orientẽ nec occidẽtẽ vidiſſe. Iuuenes etiã perplures Athenis in ſacris Apaturiorum ebrij facti, ad ſolidum quatriduum ſomnum cõtinuarunt. Neque hic quiſquã ex Auerrois aut Auicẽnæ ſchola, aut Harpocratis aut Galeni Stoa prorumpat, & naturalem huiuſmodi ſomnum ſupernaturali virtute excitatum eſſe confirmet, quaſi viſcoſis humoribus cerebrum obſitum, & ſtomachus addenſatus vim digeſtiuã ad tam diuturna temporum

Olaus li. 1. c. 3.

Athenæ.

Simplicius.

interualla detineat, aut alias gerras hiſce affines coaceruet: cum ordinis naturalis limites longe tranſcendat. Neque veternum mucoſorum ſenum morbum obtrudãt, eorũque humores flaccidos & veternoſos, quod illis aliquamdiu oppreſſi produci poſſunt, vt de Chonodomario Alemannorum Rege legimus, qui captus à Iuliano Cæſare morbo veterni conſumptus illico eſt, teſte Sigonio, cum Romam miſſus triumpho ſeruaretur: quo morbo etiam perplures gymnaſtici ſcholares afficiuntur, qui perbellè ſcutica aut betula decutitur, ſanaturque. Lethargum etiã nõ proponant, quod eius virtus in affectis ſit lethifera, ſiue is ex corporis *καχεξία*, ſiue veneno naſcatur, quemadmodum in P. Papinio Statio Poeta videre eſt, à Domitiano in certamine Albano auro & corona donato, qui anno 65. lethargo extinctus eſt; & in Arnulpho Imperatore, cui cum fugato Guidone in quem mouerat, ab obſeſſa coniuge per eius miniſtros donarijs corruptos venenũ præberetur, lethargo correptus eſt, & poſt biduum extinctus, vt Sigibertus narrat. Faceſſant iſta, adeo pẽnata natura non eſt, vt alarum ſuarum tã ſublime volitet remigio; quamquam non videatur inficiandum, aliquando hominibus quid affine in ſomno prolixiore poſſe viu.

Sigon. lib. 6 Imp. Occid.

Sigebert. in Chronic. Anno 901.

vſu venire, quod gliribus, quod vitulis marinis,&c. præſertim in ætate vel infantili vel ſenili, quibus humorum inordinata copia & viſcoſa cruditas hominem torpidum magis & ſomnolentum reddit, potiuſque beſtijs & embryonibus quam homini ratione prædito aſſimilat.

CAPVT V.

De ſomno præſtigioſo ſeu magicis artibus prouocato, item locus explicatur Pſaltæ Regij: Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium & venefici incantantis ſapienter.

PRodigioſum in ijs quos commemorauimus ſomnum fuiſſe dubium nõ eſt, imò miraculoſum, aut certè lethiferum: licet herbis diuerſis, pharmaciſque narcoticis etiam conciliari aliquamdiu poſſit naturaliter: immò vero dæmonum præſtigiis ad ludificandos homines conciliatum itidem à lamijs nouimus, & ſtrigibus, vt tanto melius indomitam libidinem cum ſuo paranympho & adultero diabolo maritis dormientibus impudentiſſime expleât, quod

 videre

videre quis poterit in vita D. Bernardi: vt etiam ille, qui venenis naturalib. ſomnus captatur; de quibus Binsfeldius & Remigius prolixè. Pleraque ſecreta Magica ſparſim Virgilius attigit: vbi canem tricipitem ſomno medicatis herbis afficit Sibylla Cumæa.

Virgil. 6. AEneid.

Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſaporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atque immania terga reſoluit,
Fuſus humi, totoq; ingens extenditur antro.
Occupat AEneas aditum cuſtode ſepulto,

Lib. 7. Metamorph.

Ouidius eodem fermè tenore progreditur, cum Medeam ſic loquentem facit.

Peruigilem ſupereſt verbis ſopire draconem,
Qui criſta linguisq; tribus præſignis, & vnus
Dentibus horrendus cuſtos erat arboris aureæ:
Hunc poſtquam ſparſit lethæi gramine ſucci
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos,
Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros AEſonius potitur.

Vbi non tantum Phyſicum effectum, ſed carmina magica exprimit Medea. Vnde ſic etiam in Heroidum Epiſtolis eadem verba eiuſdem poetæ accipienda ſunt.

In Epiſtol. Iaſoni Med.

Flammea ſubduxi medicato lumina ſomno
Et tibi quæ raperes vellera tuta dedi.

Seneca in Medea.

vti & illa verba Senecæ Tragœdi, in illa ſanguinaria Medeæ Tragœdia

Tu quoque relictis peruigil Colchis ades
Sopite primum cantibus ſerpens meis.

Apollonius tradit ſerpentem illum incã-tamentis varijs operoſiſſime ſoporatum fuiſſe, vt illius interpres Valerius Flaccus oſtendit.

Iamque manus Colchis, crinemq́; intenderat aſtris,
Carmina barbarico fundens pede, teq́; ciebat
Somne Pater, ſomne omnipotens te Colchis ab omni
Orbe voco inq́; vnum iubeo nunc ire draconem:
Quæ freta ſæpe tuo domui, quæ nubila cornu,
Fulminaq́; & toto quicquid micat æthere ſed nũc
Nunc age maior ades, patriq́; ſimillime letho.
Tu quoque Phrixææ pecudis fidiſſime cuſtos,
Tempus ab hac oculis tandem deflectere curâ,
Quem metuis me ſtante dolum? ſeruabo parũper
Ipſa nemus longum interea tu pone laborem.
Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro,
Nec dare permiſſæ, quamuis iubet, ora quieti
Suſtinet, ac primi percuſſus nube ſoporis
Horruit, & dulces excuſſit ab arbore ſomnos.
Contra tartareis Colchis ſpumare venenis,
Cunctaq́; lethæi quaſſare ſilentia rami
Perſtat, & aduerſo luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguaque manuq́; fatigat
Vim ſtygiam, ardentes donec ſopor occupat iras.
Iamq́; alte cecidere iubæ, nutatque coactum
Iam caput, atque ingens extra ſua vellera ceruix.

Cornu pro potentia & robore, vt ſæpe in SS.

Digitized by Google

Apuleius item Madaurenſis Platonicus Magicarum artium, D. Auguſtino atteſtante, peritiſſimus, non abs re vel finxit vel narrauit de Theſſalis ſolitos Lariſſæos cadaueribus cuſtodes addere, grandi pecunia, ſtipendioque conductos; *quibus perpetem noctem eximie vigilandum erat, exertis & inconniuis oculis in cadauer ſemper intentis, nec acies vſquam diuertenda, immò ne obliquanda quidem. Quippe cum deterrimæ verſipelles in quoduis animal ore conuerſo latenter obrepant; vt ipſos etiam oculos ſolis ac iuſtitiæ fruſtrentur. Nam & aues, & canes, & vrſum,* & mures, immo vero etiam & muſcas induunt. Tunc diris cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt. Erat enim moris apud gentileis cadauera defunctorũ ne violarẽtur, aut aliis magicis artibus prophanarentur (quia artus pleraſq; partes itẽ corporis truncare, aures nareſque quà præmordere quà denaſare corpuſque totũ Scythica laniena lacerare ſolebãt) σωματοφύλακας cuſtodeſque adhibere: ad quam cuſtodiam præ omnibus aptiſſimi erant Theſſali Lariſſæ ciuitatis incolæ, vt idem de Telephrone narrat homine vigiliarum patientiſſimo, ad conſeruandum cadauer filij optimatis eiuſdem oppidi mille nummis conducto: eo quod ſe ferreũ inſomnẽque noſſet, & Lynceo, Argoq; vt in prouerbio dicitur

dicitur, oculatiorem. Quem cum intempeſta nocte formido cumulatior inuaſiſſet, muſtela ex aduerſo illius ſtetit obtutuſque in illum acerrimos fixit, tantillumque animalis conſtãtem eius animum turbauit. Qua tũ beſtiola depulſa, adeo graui ſomno demerſus fuit vt inſtar cadaueris, quod cuſtodiendum ſuſceperat, exanimis procumberet. Vnde cum Saga illa aut anus demortui corpus mutilare ad alia magica exercenda cupiuiſſet, in hunc ſoporatũ cuſtodẽ inuaſit, eiuſque naſum, mox aures ſeuera crudelitate præſcidit. Vides hic anum illam ſeu ſagam triveneficam in muſtelæ ſpecie illum miſerum ſoporantem, & pro truncando cadauere truncaſſe cuſtodem, modum addo. Solent autem certis luminibus vti, interdum præſectis membris defunctorum accenſis, ſc. manibus aut pedibus certo oleo à dæmone accepto, delibutis, vel ad ſingulos digitos faculis appenſis: item vtuntur facibus excantatis, de certi generis lychno, & notis illis pinguedine, quas vel ſibi quocunque pergant prælucere volunt, vel domi ſuffigunt certo in loco, ſomno tã diu durante, quoad lumen illud ferale arſerit, interdũ partes pręſectas cadaueris quolibet in loco ſuſpendunt, aliaque ter ſcelesta perpetrant, quæ efficacitatem ſuã ex pacto cum

Saga in muſtelam.

Caſ. lib. 6. mirac. c. 10

domo efferunt, ſocioſque noto ſibilo aduocãt. Ancilla animoſior illos pone ſubit, patentéque ianuã obſerat, arcetque reditu. Exinde in herilẽ lectũ irrumpẽs altum ſtertentes excitare cõtendit multa vi, ſed fruſtra. Fures interim per feneſtrã in domum enituntur, prohibet illa, alia tandẽ via idẽ moliuntur, ſed pari euentu. Tandẽ ſuſpicata ꝙ res erat, in manu quicquã ſubeſſe veneficij, illã exſufflat, & cõtinuo oẽs euigilãt, & capti mane fures atrox facinus manifeſtãt. Anne mirũ ergo ſi ſtriges illæ in infantes irruãt noctu, eoſq; tali ſopore preſſos cõtrucident? Tradit idẽ Petrus Binsfeldius, nimirũ Sagam vnã cum filio attẽtaſſe idẽ Treuiris candelâ accenſa, aduerſus virũ primarium vrbis illius, qui ſecurus venefi corum perſecutor erat: at cum ſe, cubitum concedens, ſigno crucis alijſque Chriſtianis armis ille vir obarmaſſet, euolare, clauſis ianuis coacti ſunt. Remigius porro docet ad ſoporiferũ faſcinũ adhibere ſtriges cadauer abortu egeſtũ, refecto inde cũ humero, coſtiſque continentibus brachio dextero in vſum luminis, itẽ ardere eius mẽbri extremos digitos flãma ſulphurea ac violacea, tãtiſper dũ perficiãt ꝙ cœpere, & hac flãma extincta tã integros ac illibatos manere digitos, ac ſi lumini fomitẽ nullum præbuiſſent, docet autem hoc ex cõfeſſione aliquot maleficorum Suermingẽſium

Petrus Binsfeld. comm. in tit. C. de malefic. & mathem. ad lib. 9. in fin.

Remig. lib. 2. cap. 3.

An. 1589. 14. Kal. Ian.

Præterea oportet illos primum inungere dormientes, vnguento ex demortui cadaueris membris elixis facto, ſi conſopire hominem aliquem ad eum obtruncandum velint, vt in examine ſuo confeſſa eſt Margarita Loudman, Nam cui venenum dormienti & ore hiante ſtertenti dare propoſuerat, illum experrectum inuenit, quod ille ſeſe ſymbolo crucis & oratione dominica aduerſus eiuſmodi triveneficorum execrabiles aſſultus muniuiſſet. Subdit verò poſtea idem: *Ferè omnes criminis rei deprehenſi in Germania, quæ eſt ditionis Lotharingicæ, aſſeuerant concorditer, eam ſibi à dæmonibus (modo ijs per aliquot annos inſeruierint) penetrandarum ædium facultatem eſſe tributam: vt ſcilicet per quaſuis anguſtias viam ſibi faciant in mures, feles, locuſtas, & alia eiuſmodi puſilla animalia, prout vſus poſtulat, contracti atque immutati: intromiſſoſque rurſum priori formæ reſtitui, ſi velint, ac tum commode inceptum peragere, quale ſuperius declaratum eſt. ſcilicet illinendo eo per artus omnes, cui moliuntur interitum, ne euigilet, tum firmiter ac valide os ei deducendo, ne potionem agitatione excludat: tandem venenum faucibus ingerendo, admota lucerna, quæ ſulphuream flammam euomat.* Hæc de præſtigioſo ſomno prolixius quam fortè propoſueram, vt quilibet penſiculatè examinet, quomodo ſeſe

10. Calend. Febr. ibid.

ſeſe ab adeo præſentaneis animæ ſuæ periculis defendat. Si enim irrationales beſtiæ ſeſe à maleficorum, incantatorumque inſidiis cauent, ne ſomno irretiti vitę ſuæ diſpendium incurrant, quid non nobis laboris induſtriæque pro ſalutis noſtræ propugnatione cuſtodiaque ſuſcipiendũ incumbet? Laudat ex eo capite aſpidem Propheta Regius, quod *obturet aures ſuas ne exaudiat vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Illis enim cantaminibus veneni vis eneruatur, virtus item natiua obtorpeſcit, & ſomnifico veneficio oppreſſa, occiditur. Somnus adimit functionum vitalium effectum, & cuilibet occurſanti periculo viam ſternit. Sic enim argumentatur: quemadmodum aſpis recuſat audire Magum, ſic etiam peccator Deum ad beatiorem vitam cohortantem exhorreſcit; vbi tamen nō prohibet aures ſuas à ſalutiferis animæ ſuæ bonis auertere, *qui auertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Hic ceram auribus obdere, hic lana obducere, ne Syrenum præternauigantes illecebris affigamur, æquum eſt. Neque tamen ex hoc loco inferre debes, probare ſcripturam, & Prophetam incantationes veneficorum, vt rectè monet Auguſtinus, quod inde Propheta ſimilitudinem mutuetur, quandoquidem

Pſ. 57. v. 6. Comment. ibidem.

Pſalm. 28.

Auguſt. hoc loco.

CAPVT VI.

De perpluribus damnis ex ſomno naturali emergentibus apud homines diuerſæ dignitatis & conditionis, per exempla, item quædam Scripturæ loca explicata & præſertim, Securus dormiens requieſces, & non erit qui exterreat. Iob 11.

PRoponens ſapiens quo pacto ſomnum ſuauem quilibet capta- Prou.3. re queat, cuſtodiendã eſſe *Legem* inculcat, & *conſiliũ*, vt ſi deinceps Eccl.5. *dormieris quieſcès, & ſuauis erit ſomnus tuus.* Et alibi. *Dulcis eſt ſomnus operanti*, & vt Me- Menander. nander ait ὕπνος δὲ πάσιν ἐςὶ ὑγέια βίȣ. Somnus omnibus eſt vitæ valetudo, καὶ σώματος σωτηρία, & ſalus corporis. Quia illa propoſitio Philoſophorum eſt primæ veritatis: *neceſſe eſt omne quod vigilat dormire*. At quicquid ex creaturis ſentientem animam diuina diſpenſatione accepit, id interualla ſomni vigiliarumque habet, eo tamen diſcrimine, quod ſomnus beſtiarum immoderatus magis eas nutriat, augmentetque quam iteratæ vigiliæ ſaginet, homini vero officiat, & præterquam

quod

quod corpus prauis obſideat humoribus, ſubneruetque, etiam lethalia animæ vulnera infligit. Vide Schematiſmum miſeriarum quas ſomnolentia turpiſſime, etſi ſparſim hinc inde attigerim, generau t.
Gene. 9. De Noe notiſſimum eſt, quod nudatus in tabernaculo iacuerit, & ſomno profundiore ex ignorata vini natura ſepultus, ludibrium filij ſui Chami factus, inueſtis, inuerecundusque partes corporis occul-
Gene. 19. tandas exhiberet. Loth immoderatius vi-
Sap. 18. no hauſto dormiuit, & execrabili ſeſe in-
Exod. 12. ceſtu cū filiabus geminis polluit. Ægyptij itidem cum nocte concubia ſeu intempeſta ſeſe expertes eſſe periculi confiderent, ecce exterminator Angelus diuinæ vindictæ executionem ſuſcipiens, omne pri-
Iud. 4. mogenitum in obduratæ mentis pœnam ſuſtulit. In tabernaculo Iaelis ſecurus ſomnum Syſara militiæ Regiæ Iabin Præfectus captans, clauo per tempora adacto ſoporem mortis cum ſopore naturæ turpiter ſociauit. Madianitæ velut locuſtæ Iſraeliticam terram inſederant, & late de-
Iud. 7. paſcebantur omnia, cum incurioſos illos ſomnoque procumbentes trecentis militibus partim cæcidit Gedeon, partim in fugam egit. Sampſon in ſinu meretriculæ dormiens ſecurè, caſtitatis & admirandæ ſuæ fortitudinis iacturam fecit. Saul quo-

quo

que aduerſus Dauidem ambitionis impulſu belligerans, ſoporatus præſentiſſimũ vitę diſcrimen incurriſſet, ſi Dauid cum ei ſcyphum haſtamque à latere extorqueret meridianti, belli iure vti voluiſſet. Nefarium quippe iudicabat, manus violentas immittere in Chriſtum Domini. *2.Reg.4.* Meridiabatur oſtiaria cum Domino ſuo Isboſeth, & duo ingreſſi patentibus valuis ſicarij, Regis filium miſerabili internecione deleuerunt. Illa impudica meretrix, quæ ex fornicatione natum filiolum oppreſſerat, in ſomno vtique id flagitium perpetrarat, nihil verita impudentiſſima etiam alienæ oppreſſum filiolum coram Salomone Iudice obtrudere. *3.Reg.3.* Notus Holofernis ſomnus, qui adeo Iudith viraginem animauit, vt illi toto pectore ſomnos proflanti caput à ceruice reſcinderet. *Iudit.13.* Integerrimus virorum Tobias ſenior, dum à ſepultura domum regreſſus ad parietem ſe iactaret, & obdormiret, calida ſtercora ex nido hirundinum decidentia illum excæcarunt. Apoſtoli in naui dum transfretarent, item in horto dum orarent, pari paſſu & ſomno & tẽtationibus obruti fuerunt. *Luc.21.* Quidam auditorum D. Pauli ſuper feneſtram ſedens, cum ſomno graui mergeretur, diſputante diu Paulo decidit de *Act.20.*

tertio cœnaculo deorſum,& ſublatus eſt mortuus. Denique Virgines illæ fatuæ ſomni dum immoderata dulcedine permulcentur, & aduenientis ſponſi redduntur immemores, & à loco nuptiarum excluduntur. Hæc ex ſacris paginis adduxi, vt quilibet vigilandum ſibi eſſe ſciat,& ſic in ſtatione huius vitæ manendum,vt cum ille ſupremus Imperator hinc nos euocet,

1.Theſſ. 5. continuo vocanti morem geramus. *Quia dies* Domini,vt inquit Apoſtolus, *ſicut fur in nocte,ita veniet.* Si quis militum ſiue in greca ſeu Romana, ſeu Saracenica militia, caſtrenſes inter vigilias ſomno cõſopitur, transverberari ſolet,quod auctoratæ fidei oblitus, debitam vigilantiam indebito ſo-

Front.li. 3. cap.12. mno mutauerit. Sic illa Thebanorum vnica gloria Epaminondas, cum in caſtrẽſibus excubiis dormientem inueniſſet gregarium, protinus per viſcera dolonem adegit,vt reliquis fucis ignauiam excuteret: addens inſuper, talem ſe eundem reliquiſſe, qualem reperiſſet, mortuum à dormiente non diſcrepare innuens: quod etiam ad medicum, vt ſupra

Plutar. in conſolat. ad Apolion. adduxi,dixit Diogenes Cynicus,cum dormitaret pauliſper, nimirum fratrem, id eſt, ſomnum, Fratrem ſeu ſororem,id eſt mortem præuenire. Ille barbarus ac ſanguina-

guinarius Hunnorum Rex Attila, poſt- *Blondus.* eaquam in campis Catalaunijs admirabili prorſum prœlio ſuperatus eſſet, quam Parcam ibidem effugerat, eandem dum nouæ nuptæ prima nocte concumbit, Hildiconi nempe Bactrianorum Regis filiæ, ſanguinante ſitientiſſimi ſanguinis Tyranni naſo præfocatur, animâque (infelix Chriſtianorum flagellum, vt ſe vocabat) euomit. Sugerius Sigiſmundi Burgundorum Regis filius, dum multus in defunctæ matris laudibus eſt, nouercamque coram indignam mundo eius muliebri, paramentiſque eſſe dictitaret: eius aduerſum ſe odia nouercalia exacuit, vt illum de ambitu, regnique violenta inuaſione apud parentem deferret: & ille Proſerpinæ ſuæ nimium credulus, duos ad filium percuſſores ſubmittit, qui ſuauiter quieſcenti filio, laqueo vitam ſpiritumque intercluderent. Quid dicam de illo gloriæ humanæ hoc noſtro ſeculo ludibrio, Habraimo Baſſa ſub Solymanno, qui ab agreſti conditione, ad dignitatem faſtigiumque formidandum vocatus, cum eius potentiam mater coniunxque Turcici Cæſaris perhorreſcerent, proditionis reum

Paul. Io. li. 33 Hiſtor. Surius Anno 1538.

reum egerunt, ideoque Solymannus per Eunuchum carnificis munus obire ſolitũ, in puluino dormitanti cultello adunco iugulum curauit incidi. Exarſit autem hac ira in fidiſſimum ſuum Achatem, quod infelicis expeditionis aduerſus Tammaſum Perſarum Regem auctor fuiſſet. Quã fortunatus ille, quiſquis Principum fauoribus abſtinet, & pertinaci ſolitudine vitreæ gratiæ ſplendorem faſtidit!

Et tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.

Ouidius. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit*, vt ait Ouidius. Rideas oppido ex aulicis ſimios factos eſſe, qui ad omnem crepitum ructent. Ferunt aliquando eum ad Solymãnum dixiſſe, ne ſeſe in tantam amplitudinem extolleret, fore vt illa in lamentabilem ruinam verteretur. cui cum iuramento ſe obſtrinxiſſet, nunquam illi viuo ſe Fortunam illam erepturum, iuriſiurãdi religione deterritus ſomno preſſum iugilari voluit, quod Taliſmanes Sacerdos dormientem inter viuos referri negaret.

Sabel ſuppl li. 22 Suri. anno 1537. Alexander Medices Princeps nouus Caroli V. liberalitate ad Florentinum ducatum euectus, in ſomnis, ô atrociſſimum facinus, per Laurentium Medices perfidioſum patruelem Neapoli, dum in Veneris caſtris ſtipendiatur, funeſtiſſima

omnium

omnium retro ſeculorum memoria, inaudita morte 26. ætatis ſuæ anno tollitur, vtpote qui cum huius vitæ iactura, etiam beatam vitam perdidit. Plura his non cógero, oculata experientia abunde eſt, quæ ſomni pericula indies accumulet. Iudæi certè (in illa errorum ſuorum ſpiſſitudine) ſigillatim mane Deo ſupplicant, quod ſomnum ab oculis eorum & dormitationem à palpebris abſtulerit: in hunc ferè modum. *Benedictus eſto Deus, Dominus noſter, Rex mundi, qui gallo gallinaceo intellectum dedit, vt noctem à die, & diem à nocte diſcernere norit, vt ita nimirum Iudæos cantu ante tempus matutinum, quo eos ſurgere, preceſq; dicere oportet, expergefacere non omittat.* Gallinacea Iudæorum de Gallinaceo oratio, cui nimirum intellectum tribuant; probata in hoc, quod ad Deo exhibendum cultum Galli ſeſe cantu componant: vt cum Pſalte nos Chriſtiani dicamus: *Mane exaudies vocem meam, mane aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Item: *In Matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus.* quando cantibus ſuis auroram euocat criſtatus ales, & vt auis oſcinis naturæ genio hunc ſpectabilem noſtrum orbem illuſtrandum præmonſtrat; ſic mentem hominis etiam interius Solis iuſtitiæ ac gratiæ illuminandam, & precibus noſtris

Synagoge Iudaica c.5

Pſalm. 5.

cælitus deuocare oportet, inculcat. Quis enim in illo rerum humanarum Euripo ſecuritatē ſibi pollicetur? quis in illo Siculo adridentium opum æſtuario latentibus ſcopulis enauigabit? cū ob quinq; duntaxat liberaliter à Polycrate Samio Tyrāno præbita talenta, Anacreon Poeta dormire non potuerit, ſed poſtero die reddiderit, adijciens ſe precium illud ſollicitudine tanta poſſidere nolle. Sigiſmundo optimo Imperatori, quandoque ex Vngaria allata quadraginta millia nummum aureorum, ideoque ſollicitior per totam noctem, in quem vſum conuerteret, illico per cubicularios accerſiri iubet conſiliarios omnes & militiæ præfectos, & reſerata arca ait: *Ecce crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices,* (pecuniam oſtendens) *ſomnum mihi eripuerunt, accipite ac diuidite inter vos, vt mihi tranquille dormire liceat.* Sic enim exagitant ſpinæ iſtę Pluti ſeu diuitiarum hominem, vt partim verbum Dei in nobis ſuffocent, partim quietem naturalem ſomnumque aculeate mundi ſtudioſis eripiant. *Quandoquidem vtuntur Deo, fruuntur mundo, & non nummum propter Deum, impendunt; ſed Deum propter nummum colunt.* inquit Diuus Auguſtinus. Si vero ſollicitudines illæ, quas de latifundiis, arculiſque ampliandis ſuſcipimus, ita diuexant conſcientiam noſtram

Cuſpin. Aeneas Syl. li. 4. comm. in Alfonſ.

1. de ciuit. Dei. c. 25.

noſtram, quid de appetitu, deſiderio, horũque affinibus animæ noſtræ affectibus dicemus? *Radix omnium malorum eſt cupiditas*; in deſideriis eſt omnis peccator: & *concupiſc*[e]*ntia cum conceperit, parit peccatum.* Ideoque ſanctiſſimus Iob, ſi tranquille quietem capere deſideres, modum præſcribit, quo pacto aduerſus immoderatam ſomnolentiam eualeſcere poſſimus. *Si*, inquit, *iniquitatem abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia. tunc ſit e conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer*; tunc inſuper, *ſecurus dormies: requieſces, & non erit, qui exterreat*. De ijs verò, qui libidinibus & perperam domitis paſſionibus obſequuntur ſubinfert: *Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum animæ abominatio.*

1. Timot. 6. *Iacob. 1.* *Iob 11. v. 14.* *v. 17.* *v. 19.* *v. 20.*

CAPVT VII.

De multiplici calice ſcripturarum, & inprimis de calice ſoporis, & ordinaria atque vſitata eiuſdem acceptione, vt prophanus eſt, non ſacer, de quo cap. 9. cum explicatione locorum aliquot Biblicorum.

Isa. 51. HActenus de ſomno vtcunque prolixe egimus, nunc de vaſis illis ex quibus hic ſomnificus hauſtus ſumitur agendum eſt. Et quidem ſi ſecundum litteram verba Iſaiæ intelligantur, haud dubie quilibet facile capiet, etiam tum temporis crateres illos ſoporiferos apud Iudæos fuiſſe vſitatos.

Hester. 1. Omnibus enim & ſingulis calix ſoporis ebibendus erat (vt capite ſecundo vtcunque demonſtraui) & ex conuiuio Aſſueri notum eſt, peccatores omnes complectẽs, cuiuſcunque illi dignitatis, ſexus, conditioniſque fuerint, ſiue Reges, ſiue Principes, ſiue nobiles ſeu plebeij, ſiue viri ſeu fœminæ ſint, quandoquidem omnes illi iuſtam indignationem diuinam ob enormia facinora commeriti ſunt. Hincſic minatur Pſaltes Regius.

Psalm. 74. *Hunc humiliat & hunc exaltat, quia calix Domini, vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex*

fex eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Eſaias inquit: *Eleuare, eleuare, conſurge Hieruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius, vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti & potaſti vſque ad faces.* Ad Prophetam Ieremiam ait Dominus Sabaoth: *Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.* & paulo inferius; *Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ, non adijcies, vt bibas illum vltra, & bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas miſit me Dominus: Ieruſalem & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius, vt darem eos in ſolitudinem & in ſtuporem, & in ſibilum & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta. Pharaoni regi AEgypti. & ſeruis eius, & principibus eius. Et omni populo eius, & vniuerſis generaliter: cunctis regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſtijm & Aſcalonis & Gazæ & Accaron, & reliquis Azoti. Et Idumææ, & Moab, & filijs Ammon, & cunctis regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sidonis: & regibus terræ inſularum qui ſunt trans mare. Et Dedan, & Thema & Buz, & vniuerſis qui attonſi ſunt in comã. Et cunctis regibus occidentis, qui habitant in deſerto. Et cunctis regibus Zambri & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum: cunctis*

Eſai. 51.

Iere. 25.
Thren. 4.

quoque regibus Aquilonis de prope & à longe, vni cuique contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt: & rex Seſach bibet poſt eos. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis, quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes, &c. Sic quaſi in ſpeculo vides quo pacto Deus vniuerſas pœnas & calamitates, quibus tum prouincias & homines, tum magiſtratus & ſubditos; tum Reges & principes comprehendit, & ob peccata ſua meruerunt, vocet calicem ad ſumma vſque labra ſuffuſum. Ebibendus autem eſt & enormia eiuſmodi peccata debitis pœnis mulctanda ſunt. Et quidem eo ordine: *vt iudicium incipiat à domo Dei. Si*
1. Pet. 4. *autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio?* inquit beatus Petrus. Ieremias etiam idem teſtatur de Hieroſolymis tribuque Iuda, cum propter abominanda peccata, quibus perinde ſeſe
Iere. 7. v. 14. ac patres eorum maioreſque inuoluerant, inuoluunt. *Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam*

fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus veſtris, ſicut feci Silo. Et proyciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. Sic quoq; loquitur Dominus apud prophetã Ezechielem. *Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum: eris in deriſum & in ſubſannationem, quæ eſt capaciſsima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ.* Ezech.33 Hæc ſi moraliter interpretemur, ad vnamquamque animam hominis dirigere poſſumus, quæ ingentia mala ob ebrietatis vitium reliquãque ſcelerum immanium colluuiẽ incurret, & niſi pœnitẽtiæ portum teneat, fore, vt fluctibus miſerandis hauriatur. Sin allegorico ſenſu vti libet, tum ad Chriſtum, eiuſque ſponſam illibatam Eccleſiam poſſumus eleganter transferre. Vnde cum Dominus adeo diſtinctè in omnes peccatores hæc verba contorqueat, non male aſſeuerabimus reuera vſum huius pateræ craterisve ſomnifici apud Iudæos ſolemnem fuiſſe, præſertim cum illum accuratiſſime ſic indigitet. Quamquam mens prophetæ ſit, miſerias & calamitates ob oculos Iudæis ſtatuere, quas in Babylonica ſeruitute exſorbere in pœnam ſcelerum debebant. Nam

Rara

Raro ante edentem ſceleſtum.
Inſequitur pede pœna claudo.

Baron To. I. Annal. Anno 34.

Cæterum neſcio an aliunde melius cognoſci poſſit, quam ex antiquo Hebræorum rituali libro, cuius citat verba conditor Annalium ex canone. In Paſchali cóuiuio, poſterior quæ eſſet menſa, non vt in alijs dierum feſtorum ſecundis cænarũ menſis bellaria apponebantur, ſed tãtum à lege ſtatutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis & lactucis agreſtibus factum, alijſque rebus conditum; inque eum primum paterfamilias intingebat offam azymam, mox cæteri, ſicq; recõſumebatur. Deinde idem paterfamilias tortam azymam (ſeu, vt alij textus habẽt, dimidiam) ſub mappa hactenus ſeruatam, in fruſta frangebat, in tot particulas illã diuidens, quot eſſent in cœna diſcumbentes, ſicque diuiſam ſingulis porrigebat: quo facto, ipſe poculum deguſtatum tradebat proximo, ille ſecundo, donec poculum per totum conuiuium circumferretur. Inſuper quoniam ſecundę illæ menſæ Iudæorum erant ob accepta beneficia ad gratias Deo agendas potiſſimum comparatę: cum in cæteris ſecundis menſis eſſet vſitata quædam communis benedictionis formula, in Paſchali ſecunda menſa poſt illam benedictam, cum diſtribueretur

torta

torta azyma, hæc verba idem paterfamilias dicebat: Iſte eſt panis ærumnæ, quem comederunt patres noſtri in terra Ægypti, quiſquis eſurit, accedat & peragat Paſcha. Poſt hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis: Benedictus es Domine, qui fructum vitis creaſti, &c. ſicque delibatum (vt dictum eſt) poculum tradebat proximo, ille ſecundo, & ſic deinceps. hæc ex libro Rituali Hebræorũ. Cæterum (quod eſt notatu digniſſimum) non tantum apud Iudæos vetus illa erat conſuetudo, vt in ſecundis menſis ſic libantes, gratias Deo agerent, ſed & Gentiles ipſi in ijſdem ſecundis menſis merum libarent dijs, & alia ſacra facerent, vt Athenæus tradit, & alij, ſed in his non immoramur, nam ſuperius in primo capite hæc ſatis attigi, quare hæc ex Rituali Hebræorum veteri accepta, quantum conferant, ad calicem ſoporis ex ordine omnibus & ſingulis bibendum, facile perſpici poteſt. *Athen. lib. 1. cap. 9.*

Porro calicem ordinarie in Scripturis accipimus pro poculo aut vaſe aliquo vnde ſitim ſedamus: quod aliquando reiecit Diogenes ex ligno tornatile; cum puerum concaua manu aquos capientem videret, inquiens: Neſciebam quod natura haberet poculum, de quo eleganter dixit ille

ille vates.

Calpurn. in Bucoli. *Concauat ille manus, palmasq; in pocula vertit.*

Et egregium ſchema poculi ſeu poculi milites Gedeonis præbuere, cum eo modo aquam ex præterfluenti capientes ad pugnam aduerſus Madianitas triumphumque à Deo ſecreti ſunt. *Sueton, in Neron.* Idem de Nerone legitur, quod cœnoſam aquam biberit, in fuga, cum ad lanienam crudeliſſimus Tyrannus raperetur. In hiſce incredibilis luxus veterum enituit, qui curioſiſſime illa & affabre fieri iubebant, vt in Critice Chriſtiana attigi. Erant enim illa cornua Rhinocerotis, oua ſtruthionum, erāt id genus alia metalla auro argentoque operoſiſſime cęlata, quāquam rudia etiam apud ſimplicem antiquitatē fuiſſe notum eſt. Sic Ouidius

S. Forſter. *Fabricataq; Fago Pocula.* &

Terra rubens crater, pocula fagus erat.

& Virgilius.

Inſanire libet, quoniam tibi, pocula ponam,
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

& Tibullus

Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes.

Talia etiam illa fuere quæ ex buxo, terebintho, radicum filis, hederaque aliiſque vilibus fruticibus fieri curabant, licet in iiſdem interdum maior faſtus fuerit, quā quæ ab auro, precioſiſque monilibus in eburneis menſis rigebant, quemadmodum ho-

notiſſima illa hiſtoria eſt Agathoclis Siciliæ Regis, qui fictilibus luxũ regiũ faſtidiẽs in cœna vſus fuiſſe legitur Auſon. in epigram.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea Regem,
Et menſam Samio ſæpe oneraſſe luto.
Quærenti cauſſam reſpondit: Rex ego qui ſum
Sicaniæ, Figulo ſum genitore ſatus
Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Magnus ab exili progrediere loco.

Priſca ſecula priſcam virtutẽ adamarunt, vti etiam egregie attigit Iuuenalis Iuuenal. ſat. 11.

Hanc rebus Latijs curam præſtare ſolebat
Fictilis & nullo violatus Iuppiter auro.

Sed de his nolo eſſe prolixior, id Senecæ adijciens memori mente ſubnotandum. Senec.

Venenum in auro bibitur.

Sacrarum nihilominus paginarũ aliquot loca producã, quibus euidentiſſimè rẽ euidentẽ oſtendã. Diuinus ſomniorũ interpres Ioſeph interſquallẽtes carceris cippos feliciſſimũ pincernæ Pharaonici ſomniũ euẽtus optimi ſic explicuit. *Tres propagines, tres dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradũ priſtinũ, dabiſq; ei calicẽ iuxta officiũ tuũ. ſicut ante facere cõſueueras.* Gene. 40. In illo Aſſueri conuiuio idẽ docetur. Heſter. 1. *Bibebant autẽ qui inuitati erãt aureis & argenteis poculis. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum.* Nathan prophetes quoque ſic ouem illam, quam diues pecorum colonus pauperi ademerat deſcribit, vt ſpecialem

affectum

affectum poſſeſſoris exprimeret, & raptoris ſceleſtiſſimam depeculationem exaggeraret, ratione adulterij homicidijque quibus ſe propter Bethſabam polluerat: *de calice*, inquit, *eius bibens*, *& in ſinu illius dormiens, eratque illi ſicut filia.* Ieremias ex præcepto Dei filijs Rechabitarum proponens in calice, vinum ab incœpto obedientiæ temperantięque tramite nequaquá abſtemios dimouere potuit, cum ait: *Et poſui coram filijs domus Rechabitarum Scyphos plenos vino, & calices, & dixi bibite vinum*; at illi pertinaci conſcientia reſtiterunt. Seruator etiam luculente eundem vſum apud Matthęum exhibuit cum ait: *Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine diſcipuli: amen dico non perdet mercedem ſuam.* Item in illo lutro Phariſæorum: *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem pleni eſtis rapinæ & immunditia.* Sic ait poeta ille accommodè:

Math. 10. Marc. 7. Math. 23. Luc. 11.

Horat. *Fœcundi calices quem non fecere diſertum.*

quia vinum elingue, & piſce magis mutum eſt, quod etiam mutos aliàs & ἐχεμυθίαν Pythagoricam ſectantes graculo loquaciores efficit. In illo vulgatiſſimo omnium ore & calamo prouerbio vſus calicis hoc ſignificatu clarè exprimitur, quod

Gelli-

Gellius adnotauit.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρȣ.

id eſt,

Multa cadunt inter calicem ſupremaq́ labra.
& ab Ancæo traxit originẽ qui vitem primus inuenit, ſerique docuit, nec tamẽ eius dulcedine potuit frui. Nam ab apro læſus & interfectus eſt, vineam eius euaſtante, cũ iam primum calicem ſumpturus fuiſſet: Hoc ſeruo eius, quem tamen ψευδομάντιν vocauerat, augurante. Hæc de calice ſoporis & quidem ordinario dicta ſunt ſatis, nunc ad alios progrediamur.

CAPVT VIII.

De calice Martyrum, & Paſsionis dominicæ: vbi de vino myrratho, & Hyſſopo perplura, & ſanctiſsimo SS. Euchariſtiæ calice: cum elucidatione quorundam locorum ſcripturæ.

Calicem vocari acerbam attamen glorioſam mortem martyrum notum eſt, vt ſi quis hoc negare præſumat, is ſolis ſplendorem in meridie ſit negaturus. Ita enim præcocẽ, immaturâque ambitionẽ gemi-

norum filiorum Zebedæi in Euangelio
Matt. 20. repreſſit, quærens, num calicem bibere
Mar. 10. poſſent, quem ille bibiturus eſſet, id eſt,
vtrum pulchram mortem vellent ob fidei
nouæque legis propagationem oppetere.
Nulli veniunt ſine Marte triumphi, pugnandum pro victoria eſt,

Non tibi per ventos aſſa columba venit.

Nihilominus vterque fortiter ad prima ſigna pugnarunt, omniumque penè pulcherrimam mortem pro fidei defenſione
Actor. 12. adierunt intrepidi. Nam D. Iacobus præſectis ceruicibus, etiam num miraculis diuiniſque virtutibus per vniuerſas, quà patent, Hiſpanias fidem propagat, dum ante alios Apoſtolos primus Martyrij laurea coronatus eſt. S. Ioannes frater eius ab Epheſo iuſſu Domitiani Romam perductus, iudicante Senatu ante portam Latinam in olei feruentis dolium miſſus, purior inde egreſſus eſt, nec minus ille calicem biberat, quam Iacobus eius frater germanus, vt Tertullianus teſtatur cum Hieronymo & Euſebio. Præterea cum in exilium relegatus fuerit, vtique & illud aliqualis huius calicis portio fuit, cum pro ciuili morte apud Iureconſultos capiatur.

Li. de Præſ. ca. 36. lib. 1. contra Iouin. ca. 20. Matthæi. Lib. 3. Demonſtrat. Euang. c. 7.

Hic calix ille eſt ex quo tot millia pàtrum purpuratorum virginumque inebriati, inſuperabili prorſum conſtantia torturas, equuleos, cataſtas, gladios Tyrannorum

calca-

calcarunt: de quibus in Apocalypſi & Pſalmis, *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt:* Item *calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.* *Apoc. 1. Pſalm. 22.*

Aduertẽdum autem eſt calicem martyrum, etiã Domini calicem vocari, non tamen eo ſenſu, quaſi calix martyrũ & paſſio eiuſdem cum calice Chriſtique Paſſione ſit efficacitatis, ſed ideo calix Domini vocatur, quia peculiare Dei donũ eſt & merè gratuitum, vt disertè Cyprian. docet. *Quia non in tua poteſtate, ſed in Dei dignatione eſt martyrium.* *Li. de Mort. & in laude Mart.* Vnde quicquid iniuriarũ, ſupplic orum, in hac vita Deo dilectis irrogatu, id ſibi irrogari dicit, & quicquid ſuis exhibetur boni operis, id etiã ſibi fieri exhiberiq, profitetur. *Saule Saule, quid me perſequeris:* caput ſum, membrorum meorum cura diſtineor, illiſque perſecutionem ſuſtinentibus, in me eãdem exhauriendam, ſuſcipio. Quancunque enim virtutem roburque in eo potando calice habere deberent, virtute mortis paſſioniſque Dominicæ liberaliter acquirunt.

Porro ſi de calice Chriſti diſcurrere libet, forſan inde fluctuarẽt animi noſtri, quod neſcirẽt de quo poculo ſeu calice eiuſdem diſcurrẽdũ eſſet. Offert namque inprimis ſeſe calix ille, quẽ in media paſſione plenũ myrrha amariſſima obtulerũt milites, aut vt Mat. loquitur, vinũ felle mixtũ dederũt, *Matth. 25.*

Marc.15. *Luc.23.* *Ioan.19.* vinum myrrhatum, vt Marcus ait: at ſecũdum Lucam, acetum obtulerunt. D. vero Ioannes refert eos ſpõgiam aceto plenam hyſſopo circumponentes obtuliſſe ori eius. Vbi meditari poſſumus bis Chriſto potionem præbitam fuiſſe: primò priuſquam cruci fuit affixus, quando in locum ſupplicij venit: quandoquidem experientia conſtat, reos incredibili ſiti, tunc exagitari, quando ad mortem rapiuntur. Deinde quando conclauatus in cruce pependit, in eum quidem finem, vt mortem impendentem acceleraret. *Rabbi Dauid in lib. Rad.* Id enim teſtatur Rabbi Dauid Kimhi, ijs, qui iã iam morte plectendi erant, potionem præberi ſolitam fuiſſe, quæ ex abſynthij ſucco confecta erat, mortis accelerandæ cauſa. Ideoque forſitã in tumultuarijs illis, qua militum, qua lictorum operis, nunc felle mixtum vinum nunc myrrhatum, nunc acetoſum vocari ex vulgari plebeiorum loquendi *Euthymius in Matth.* modo. Quamuis Euthymius fateatur propterea vinum Chriſto propinatum fuiſſe myrrhatum, vt illius efficacia adeo ſenſus obtunderentur, ne dolorum acrimoniam, vulnerumque immanitatem *Tom.ca.tra 8a.35.* perſentiſceret. Fuit quippe inter præcepta Hebræorum, vti docet *Salmeron*, & hoc vnum, damnatis ad mortem granum thuris & myrrhæ porrigi debere, vt eis certe ratio-

rationis vſus vel ſurriperetur, vel labefactaretur, cum ex ſpumis myrrhæ & thuris minus vulnerum acerbitatem experirentur. Hiſce ſanè peraccommodè illud Salomonis cōſentit: *date ſiceram mœrentibus & vinum his, qui amaro ſunt corde*. Morem verò hunc ab Ægyptijs fluxiſſe ad Iſraelitas annorū centurias cum eiſdem aliquot degentes indubitatum eſt, quandoquidem Helena illa Troiani excidij cantatiſſimi cauſa, eiuſmodi potionem Telemacho tradidiſſe dicitur, conteſtante Euſebio, apud hoſpitem Menelaum vt omnium ſuarum miſeriarum obliuiſceretur. Cuius meminit Philoſtratus inquiens, Leuabit tibi moleſtias non aliter, quam Helenæ poculum Ægyptijs pharmacis imbutum. Pharmacum Nepenthes Homero vocatum intelligit in Odyſſea: *Prou. 21.* *Euſeb. Caſarien.* *Philoſtrat. in ſophiſt.*

Αὐτίκ' ἄρ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον *Homer. Odyß. 4.*

Νηπένθες τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Quod ſic vertò

Extemplo in vinum demiſit Pharmacon, atque
Nepenthes hauſit, dans dura obliuia ſortis.

Eodem ſenſu eleganter alicubi Plinius loquitur. Nobile illud, inquit, Nepenthes obliuionem veniamque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus pro- *Plin. lib. 25. cap. 2.*

 pinan-

pinandum, quod vt idem Poeta refert, à Polymneſtre Tanais Regis Ægyptij vxore Helena didicit. Ex quibus abunde quiuis intelliget, in quem finem vinum eiuſmodi porrectum fuerit. Ridiculum etymon Nonnij Marcelli eſt, myrrhinum, quod ipſe Murinum, vel murinola vocat, non à myrrha ſed myro deriuari, quod genus quoddam odoramenti vnguentive eſt. Nihilominus murinam apud antiquos

lib. 10. cap. 23.

Gellio teſtante, vinum eſt dulce, laudatum & aromatibus conditum, gratioſamque ſpirans fragrantiam, quo plurimum Romanæ matronæ & vſæ, & delectatæ

lib. 14. cap. 13.

ſunt. Vnde Plinius: *Lautiſsima apud Priſcos vina erant, myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt.* Et infra. *A-*

Ibidem cap. 16.

romatiten quoque inuenio factitatum tantum, non vnguentorum compoſitione primo ex myrrha

Galēn. li. 8.

vt diximus mox ex nardo celtico, calamo, aſpalatho offis in muſtum aut dulce vinum defectis. Galenus quoque de ſimplicium medicamentorum facultate tradit myrrham vehementer prodeſſe vulneribus capitis conglutinandis & deſiccandis.

Hoc ergo vinum myrrhatum, à pijs

fœminis & religioſis ille præbitum noluit bibere, tum ne in doloribus illis acutiſſimis aliquam lenitudinem ſentiret; tum ne vino potus ab alijs Chriſtiani nominis hoſtibus, quà loqui quà pati palam notaretur, tum denique vt promiſſionibus ſuis fidem daret. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum aliud bibam nouum vobiſcum in regno patris mei.* Acetum felle mixtum guſtauit quidem, ſed cum guſtaſſet noluit bibere, ne mortem ad quam accelerandam acetum valet, citius incurreret, ſed ad exacerbandam Paſſionem, diutius vitam traheret. Cum felle mixtum etiam guſtauit acetum, & non ſumpſit, ſignificans ſe opera noſtra felle peccati admixta nec acceptare, nec bibere. Iure merito ergo poſſet cum Propheta exclamare: *Ego plantaui te vineam electam, omne ſemen verum, quomodo ergo conuerſa es in prauum vinea aliena?* Et cum Moyſe. *Vua eorum vua fellis, & botrus amariſſimus.* Baronius Tom. primo Annalium, diuerſam à me ſententiam ingreditur, & vinum myrrhatum, non tam lenitatem ſuppliciorum adducere, quam acrimoniam, & ſenſus vegetare magis

Matth. 26.

Ierem. 2.

Deuter. 23.

1. Annal. anno Chriſti 34.

magis, non vero alienare, vt mortem imminentem non perſentiſcant. Ideoque Amos Propheta, inter vetera vitia Moabitidos, & hoc recenſet, quod *vinum damnatorum biberint in domo Dei ſui.* Quod eiuſmodi fuit, vt ſoporem non adferret, immoderata temulentia excitatum, nec vapores in caput ſurſum eleuaret, ſed eoſdem ſua efficacitate digereret, bibenteſque ab ebrietate præſeruaret. Eſt de hoc inſignis locus Athenæi, quem ex Ariſtotele mutuatus eſt, quo declaratur quibus aromatibus eiuſmodi vinum myrhatum condiri moris fuit. *Ariſtoteles*, inquit, *in libro de ebrietate: ollulæ, quæ Rhodiaca vocantur, tum ob voluptatem inferuntur in conuiuia, tum quia cum vinum calefaciunt, minus ebrietatem inferri patiuntur. Nam ſi myrrha, maſtiche, reſque huiuſmodi in aquam iniecta coquantur, ac mox vino miſceantur: minus qui bibunt, fiunt ebrij.* Et alibi hic idem: *fiunt ollulæ Rhodiacæ, myrrha lentiſcique floribus, croco, balſamo, amomo, ac cinnamomo ſimul coctis, ex quibus quæ vino mixta fuerit aqua, ita ſiſtit ebrietatem, vt vel Venerem ſedet, ſurgenteſque etiam ſpiritus digerat.* Hæc Athenæus. vide latius authorem ipſum, & alterutrum quodlibet amplectere.

Amos. 2.

Athenæi, lib. 11. cap. 30.

Cæterũ quod Calicẽ illum ſeu ſpongiã Hyſſopo incinxerint, orique eius obtulerint, ex

rint, ex communi more veterum pocula coronandi deſumptum eſt, quæ communis ſententia eſt; quanquam flores ſolutos in ipſos crateres inijci ſolemne fuit. Sic Nonnus Poeta hoc verbo exprimit,

ὑσσώπῳ κεκερασμένον, id eſt, hyſſopo temperatum. *Nonnus Theophylactus.*

Aliqui temere aſtruunt, ὑσσῷ περιθέντες ſcriptum antiquitus, quod illud telum Romanis vſitatum vocaretur; ſed quid? Hoc effugium etſi non inconcinnè diceretur. Hyſſopum vero multis de cauſis ſiue ſpongiæ ſiue caliti vel iniecerunt, vel affixerunt, quod eius vſus frequentiſſimus in veteri lege & cæremonijs extiterit. Primo quidem in Exodo præcepit Dominus, vt faſciculum hyſſopi tingerent in ſanguine agni, & ex eo ſuperliminare & vtrumque poſtem aſpergerent. *Exod.12.* Deinde vt tingeret alterum paſſerem leproſus mundandus in ſanguine paſſeris immolati, cum ligno cedrino, & cocco & hyſſopo, quo aſpergeret ſacerdos ſepties illum vt purgaretur. *Levit.14.* Tertio vt in ſacrificio pro peccato, eoque homine qui immundum tetigerit, hyſſopo aſpergeretur & tentorium & tota ſupellex eius & omnes homines ea contagione polluti. *Num.19.* Eſt ergo hyſſopus figura ac typus ſanguinis Chriſti miſeros nos peccatores ab exterminatore

ſeruantis,à lepra immundaq; peccati pollutione perpurgâtis. Habet namque hyſſopus,vt volunt medici,& purgandi vim internam, maxime pulmonem, & animi deliquium paſſos erigendi. Vnde recte Dauid ait: *Aſperges me Domine hyſſopo & inundabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor*, ad ſanguinem Chriſti reſpiciens. D. Auguſtinus de herba illa refert, quod ſit humilis, ſed magna eius vis ſit: ſic mors Chriſti humilis quidem illa videtur & abiecta: ſed magna eſt eius virtus, idem omnino docet Suidas. Sed de hoc calice, quem in cruce pendens guſtauit ſatis dictum eſt, nunc ad ipſam Paſſionem gradum faciamus.

Pſal. 50.

D. Auguſt. lib. 20. de doctrina Chriſt. cap. 15.

Calicem Paſſionis eius & mortis etiam hic accipi certiſſimum eſt, vbi quis duntaxat illa verba orationis eius in horto ter repetitæ penſiculate peruoluerit. *Pater ſi poſſibile tranſeat à me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.* Item. *Pater ſi non poteſt hic calix tranſire à me, niſi vt bibam illum, fiat voluntas tua*, quem ſermonem & tertio orauit. Eundem calicem num bibere poſſent, ex filijs Zebedæi ſciſcitatus eſt, dum mater ambitione ebria & fallaci mundi ſollicitudine æſtuans alteras ſedes à filio Dei pro vtroque temere & imperioſe depoſceret. Hunc calicem Creator noſter ſuper omnium noſtrum

Matth. 26. Luc. 22. Marc. 14.

Matth. 20.

ſanita-

ſanitate ebibit, vt illam in nobis non modo labefactatam, ſed plane conuulſam integritati priſtinæ atque incolumitati reſtitueret. Hic reuera ſyncerus crater ſanitatis eſt, quo ſanitas deperdita redintegratur, non ille quo Principum, Regum, Magnatum amicitiam paraſitico more venantur. Oſtendi in Critice mea noxium eſſe illum calicem bibentibus, & in quorum gratiam ebibuntur in nullo proficuum, quam ſi libet, conſule. O verum ſanitatis calicem Redemptoris noſtri? O germanum calicem ſalutis noſtræ? per quem ab inſania ad ſanitatem, ab tenebris caliginoſis ad lucem admirabilem, à morte ad vitam, a domibus luteis & damnabilibus ad æterna tabernacula, ſaluificasq; manſiones æternum traducti, aſſerti, vindicati ſumus, per quem non modo corporis ægrimoniam propulſamus, & hiulcantes luxatosque à peccati pœna artus curamus, ſed etiam animæ morbis omnibus medicamur, & vulnera facultatum eius præſentiſſimo hoc antidoto obducimus. Hæc vera victoria Vindicis noſtri eſt & Imperatoris, qua ſuū exiliū noſtri cauſa ſuſceptum patria, ignominiā noſtram ſuam factam gloria, ſanguinarij dubijque belli ad noſtram ſalutem in ſua carne ſuſcepti aleā, immortali, nullorūq; ſeculo-

In hauſtum ſanitatis.

ſeculorum iniurioſa memoria laboratu-
Pſalm.103. ro triumpho permutauit. *De torrente in via bibit propterea exaltauit caput. Humiliauit*
Philip.2. *ſemetipſum & factus obediens vſque ad mortem: propterea Deus exaltauit illum & dedit illi nomen ſuper omne nomen &c.*

Nunc de Sacroſancto Euchariſtiæ calice paucis agamus, qui ſacramentalis eſt, & ex ſeptem illis gratiæ fontibus, quibus gratiam ſuam ac chariſmata diſpẽſat ſeruator noſter vnus, quem ipſe verus
Pſal.109. Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſe-
Gen.14. dech accepit, benedixit, cœleſtique patri
Matth.26. obtulit, & duodecim ſuis Apoſtolis in
Mar.14. Luc.22. vltima cœna tum porrexit, tum vt illi a-
1.Cor.10.11. lijs porrigerent in mandatis dedit: De quo copioſe ſatis tres Euangeliſtæ tractant, & D. Paulus apertis verbis eiuſdem inſtitutionem ſalutiferam proſequitur: de quo apud Theologos & caſuum arbitros prolixè ſatis agitur. Hic calix accuratè à calice dæmoniorum diſcernendus eſt. vnde præclarè ait Apoſtolus: *Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum. Quia non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.* Eodem prorſus nullam familiaritatem fas eſt conttahere, & quidem domeſticam cum Luthera-

nis

nis, Caluinianis, & Anabaptiſtis aliiſque eiuſdē infamis tribus contribulibus: quandoquidem apud illos nec calix nec menſa Domini eſt, ſed calix & menſa dæmoniorum. Cæterum hic terminus hæreat.

CAPVT IX.

De pleriſque etiamnum in S. Scripturis commemoratis calicibus, in quorum gratiam etiam pleraque loca difficilia explicantur.

Sponſa illa notiſſima in Cantico canticorum meminit cuiuſdam calicis ſeu poculi aromatite pleni, cum ait: *dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.* Qui vtique fides eſt per dilectionem operans, omnibuſque Chriſtianis virtutibus exornata. Hunc calicem inprimis carum Deus habet, quandoquidem ab illo merè gratuite accipimus, & vt ipſemet ait: *Sine me nihil poteſtis facere.* Hic aromatites, ſeu vinū vario aromatū genere conditū, non eſt niſi merè gratuitum donum diuina liberalitate nobis conceſſum: ideoque illo calice, non tanquam proprio gloriatur ſponſa,

Cantic. 8.

Ioan. 15.

ſponſa: ſed tanquam monili à Deo ſibi donato delectatur. *Deinde* gloria quoque beatorum calicum viuis eſt quam diuina clementia omnibus ſuis electis in mercedem laborum bonorumque operum præparauit. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*: quia faciem ſuam oſtendet, & diuinæ ſuæ eſſentiæ omnibus electis viſionem communicabit. Hunc calicem Chriſtus ibidem ſatis perſpicue exprimit. *Amen dico vobis non bibam de hoc genimine vitis, priuſquã illud bibam nouum in regno patris mei.* Ad hunc calicem, potumque deſiderabilem nos exhortatur Scriptura. *Bibite amici mei, & inebriamini cariſſimi.* Ibi verus ille Ioſeph gratioſum illud ſympoſium cum fratribus ſuis agitabit, illudque Pſalmi exequetur. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quæ hic conuiuia magnates adornant Regumque purpuratorum nati, vbi in lectulis aureis & argenteis, in alarotis ſiue pauimentis Parijs aut ſmaragdinis, ſitis, accubetur temporaria ſunt, & ab ipſis etiam Curculionibus ac paraſitis faſtidita: at illa ſuper aſtra conuiuia Cœlicolarum nunquam terminantur, calicemque gloriæ & maieſtatis iugiter ori ſuo admouebunt, nec ſubmouebunt vnquam. O quam potus dulcis erit gutturi? O quam crater ille precio-

Pſal.15. Matth.26. Cant.5. Gen.43. Pſal.25. Heſter.1.

ſus? *Calix meus inebrians quam præclarus eſt*, quem glorificata animaquoad læta illa arua tenuerit,guſtabit,bibet,ebibet. *Pſal.22.*

Cæterum vt beatorum gloria calix eorum eſt & potus optatiſſimus Electorum; ſic e contrario tam pœna ſenſus,quam pœna damni,cæteraque perduellium Chriſtianorum gentiliumque tormenta calix eorum execrabiliſſimus vocitatur. vnde Pſalmographus:*pluet ſuper peccatores laqueos,ignis,ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis illorum*.Hoc hoſpitali poculo ſuos eheu in æternum domeſticos familiareſq; excipiet diabolus, hunc omnibus calicem ex ordine in æternum epotandum præbebit.Nec immerito.Cum enim aduerſus Deum immortalem impie arma inſtar gigantum,arripuerint, & iura eius ac leges non tantum non acceperint, verumetiam ex eorum proteruo contemptu ſe magis conſcelerarint:ſubmittit eiuſmodi carnifices qui delictorum pœnas ineluctabileis iugiter exigant. Quandoquidem vt Dominus eorum eſt,ſeruos ſuos non conductos pretio,ſed nobiliſſimo ſanguine ſuo emptos & redemptos coercere habet, & vt iudex in carceres,cippos pœnaſq; quibus maleficos afficere leges dictant imperare.*Recipiet quippe quilibet prout geſſit in corpore ſuo ſiue bonum ſiue malum*. *Pſal.60.*

Præte-

3. Reg. Præterea templum Hieroſolymitanũ vt ex decurſu fabricæ eiuſdem colligere eſt, ſuos conſecratos calices & vaſa habuit ad ſanctos vſus in miniſterio diuino deſtinata, quibus in ciuilibus prophaniſque conuiuijs abuti piaculare fuit, & funeſtiſſimis haud raro flagellis à Deo vindicatũ. Vnicum exemplum Balthaſaris Regis temulenti adducam, vnde eiuſmodi ſacrilegorum pœnas facile condiſcimus. quanquam etiam in noua lege o Romane Eccleſia perplura ſuppetant, quibus illos cælitus fulminatos ſcimus, qui altarium paramẽta, ciboria, repoſitoriaque SS. Sacramenti prophane violarunt. verba Danielis ita ſe habent: *Præcepit ergo Rex iam temulentus, vt afferrẽtur vaſa aurea & argẽtea quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in Ieruſalem: vt biberet in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc allata ſunt vaſa aurea, quæ aſportauerat de templo quod fuerat in Ieruſalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem hora appaeuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum: &*

Daniel 5. a. 2.

compa-

compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur. Quod ſi Deus in veteri lege tam illos ſacrilegos corripuit, qui cōſecrata reſecrare & ad vſus prophanos conuertere attentarunt, quibus illos plagis affliget, qui in noua lege ſacratiſſimam templorum auream argenteamque ſupellectilem, in equorum phaleras, aureaque lupata, in gladiorum capulos, in meretricum lenonumque torques, & redimicula conflando, transformant. Quæ non Picarditæ in Bohemia, Caluinoſequi in nobili Belgio, in Britannia impurati Puritani, in Gallijs ſanguinarij Hugonotti eiuſmodi affinia & abominanda ſacrilegia deſignarunt? Gliſcentia primum occulte in Romanam odia Eccleſiam tam diu admotis hæreſeos facibus aluerũt donec in manifeſtarias rapinas, ſacrilegia, ſpolia Eccleſiarum prædiuitum graſſante late flamma eualeſcerent. Vaſa illa vmbratica erant, & non niſi typus noſtrorum: in illis figura, in hiſce noſtris veritas tractatur & continetur.

Denique B. Ioannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi magnæ illius meretricis Babylonicæ meminit, etiam abominandum calicem manu geſtantis. *Vidi, inquit, mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem* *Apoc. 17. & 18.*

 & cornua

cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: de vino fornicationis eius biberunt omnes gentes, & omnes Reges terræ cum illa fornicati ſunt & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt. Per hanc mulierem aliis interpretationibus omiſſis, hæreſis non incommodè accipitur, cum qua, vt pro dolor nimis notum eſt, multi Principes & Reges, multi Comites, multi Barones, multi nobiles & ignobiles, ciues, negociatores fornicati ſunt, & ex calice eius omni immundicia & abominatione pleno, nimirum, mendacijs, hæreſibus, adulteriis, ſchiſmatis, quæ Sancta Mater Eccleſia & Scriptura nomine fornicationis complectitur, auidè biberunt, atque adeo ebrioſi facti ſunt, vt huc illucque lapſabundi corruerent. Nam quemadmodum qui potus eſt, nec pedibus inſiſtere nec ſurſum ſe poteſt erigere: Sic quoque quicunque ex huius impudicæ & multicipitis mulieris poculo bibit, adeo erroneum cerebrum accipit & furioſum, adeo pedes caducos, vt neſciat, qua eundum ſibi in rebus fidei ſit.

ſit. Quare ab hoc calice omnes zeloſè caueant, nec ab aureis argenteiſque veſtimentis, à margaritis gemmsique precioſis quibus ſeſe hæc Babylonica meretrix expinxit, decipi ſe patiantur. Præſertim cum aurum ſacrarum litterarum gemmaſque bibliorum obtrudant, quæ ad ſpeciem tenent, non ad ſalutem, vt Auguſtinus ait. Fucus illius & purpuriſſa quibus mortuariam ſuam elegantiam formamque ementitur, ſunt ſacræ paginæ. Vnde hic calix diaboli eſt, cum à patre mendacij non ſtantis in veritate proficiſcatur, cuius hi pſeudoprophetæ ſeſe pediſequos eſſe gloriantur. Reliqui ſuperiores vel Dei opus ſunt, vel eo permittente grauiſſimie de cauſis à nobis ſumendi. Sed de his hactenus.

ſeruantis,à lepra immundaq; peccati pollutione perpurgatis. Habet namque hyſſopus,vt volunt medici,& purgandi vim internam, maxime pulmonem,& animi deliquium paſſos erigendi. Vnde recte

Pſal.50. Dauid ait:*Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor*,ad

D. Auguſt. lib.20.de doctrina Chriſt.cap. 15. ſanguinem Chriſti reſpiciens.D. Auguſtinus de herba illa refert,quod ſit humilis, ſed magna eius vis ſit:ſic mors Chriſti humilis quidem illa videtur & abiecta: ſed magna eſt eius virtus.idem omnino docet Suidas.Sed de hoc calice,quem in cruce pendens guſtauit ſatis dictum eſt,nunc ad ipſam Paſſionem gradum faciamus.

Calicem Paſſionis eius & mortis etiam hic accipi certiſſimum eſt,vbi quis duntaxat illa verba orationis eius in horto ter repetitæ penſiculate peruoluerit.

Matth.26. Luc.22. Marc.14. *Pater ſi poßibile tranſeat à me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.* Item.*Pater ſi non poteſt hic calix tranſire à me, niſi vt bibam illum, fiat volantas tua*, quem ſermonem & tertio orauit. Eundem calicem num bibere poſſent, ex filijs Zebedæi ſciſcitatus eſt, dum mater ambitione ebria & fallaci mundi ſollicitudine æſtuans alteras

Matth.20. ſedes à filio Dei pro vtroque temere & imperioſe depoſceret. Hunc calicem Creator noſter ſuper omnium noſtrum

ſanita-

ſanitate ebibit, vt illam in nobis non modo labefactatam, ſed plane conuulſam integritati priſtinæ atque incolumitati reſtitueret. Hic reuera ſyncerus crater ſanitatis eſt, quo ſanitas deperdita redintegratur, non ille quo Principum, Regum, Magnatum amicitiam paraſitico more venantur. Oſtendi in Critice mea noxium eſſe illum calicem bibentibus, & in quorum gratiam ebibuntur in nullo proficuum, quam ſi libet, conſule. O verum ſanitatis calicem Redemptoris noſtri? O germanum calicem ſalutis noſtræ? per quem ab inſania ad ſanitatem, ab tenebris caliginoſis ad lucem admirabilem, à morte ad vitam, a domibus luteis & damnabilibus ad æterna tabernacula, ſaluificasq; manſiones æternum traducti, aſſerti, vindicati ſumus, per quem non modo corporis ægrimoniam propulſamus, & hiulcantes luxatosque à peccati pœna artus curamus, ſed etiam animæ morbis omnibus medicamur, & vulnera facultatum eius præſentiſſimo hoc antidoto obducimus. Hæc vera victoria Vindicis noſtri eſt & Imperatoris, qua ſuũ exiliũ noſtri cauſa ſuſceptum patria, ignominiã noſtram ſuam factam gloria, ſanguinarij dubijque belli ad noſtram ſalutem in ſua carne ſuſcepti aleã, immortali, nullorũq; ſeculo-

In hauſtum ſanitatis.

ſeculorum iniurioſa memoria laboratu-
Pſalm. 103. ro triumpho permutauit. *De torrente in via bibit propterea exaltauit caput. Humiliauit*
Philip. 2. *ſemetipſum & factus obediens vſque ad mortem: propterea Deus exaltauit illum & dedit illi nomen ſuper omne nomen &c.*

Nunc de Sacroſancto Euchariſtiæ calice paucis agamus, qui ſacramentalis eſt, & ex ſeptem illis gratiæ fontibus, quibus gratiam ſuam ac chariſmata diſpē-ſat ſeruator noſter vnus, quem ipſe verus
Pſal. 109. Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſe-
Gen. 14. dech accepit, benedixit, cœleſtique patri
Matth. 26. obtulit, & duodecim ſuis Apoſtolis in
Mar. 14. vltima cœna tum porrexit, tum vt illi a-
Luc. 22.
1. Cor. 10. 11. lijs porrigerent in mandatis dedit. De quo copioſe ſatis tres Euangeliſtæ tractant, & D. Paulus apertis verbis eiuſdem inſtitutionem ſalutiferam proſequitur: de quo apud Theologos & caſuum arbitros prolixè ſatis agitur. Hic calix accuratè à calice dæmoniorum diſcernendus eſt. vnde præclarè ait Apoſtolus: *Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, non Deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum. Quia non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.* Eodem prorſus nullam familiaritatem fas eſt contrahere, & quidem domeſticam cum Lutheranis

nis, Caluinianis, & Anabaptiſtis alijſque eiuſdẽ infamis tribus contribulibus: quandoquidem apud illos nec calix nec menſa Domini eſt, ſed calix & menſa dæmoniorum. Cæterum hic terminus hæreat.

CAPVT IX.

De pleriſque etiamnum in S. Scripturis commemoratis calicibus, in quorum gratiam etiam pleraque loca difficilia explicantur.

SPonſa illa notiſſima in Cantico canticorum meminit cuiuſdam calicis ſeu poculi aromatite pleni, cum ait: *dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.* Cantic. 8. Qui vtique fides eſt per dilectionem operans, omnibuſque Chriſtianis virtutibus exornata. Hunc calicem inprimis carum Deus habet, quandoquidem ab illo merè gratuite accipimus, & vt ipſemet ait: *Sine me nihil poteſtis facere.* Ioan. 15. Hic aromatites, ſeu vinũ vario aromatũ genere conditũ, non eſt niſi merè gratuitum donum diuina liberalitate nobis conceſſum: ideoque illo calice, non tanquam proprio gloriatur ſponſa,

ſponſa; ſed tanquam monili à Deo ſibi donato delectatur. *Deinde* gloria quoque beatorum calicum viuis eſt quam diuina clementia omnibus ſuis electis in mercedem laborum bonorumque operum præparauit. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*: quia faciem ſuam oſtendet, & diuinæ ſuæ eſſentiæ omnibus electis viſionem communicabit. Hunc calicem Chriſtus ibidem ſatis perſpicue exprimit. *Amen dico vobis non bibam de hoc genimine vitis, priuſquã illud bibam nouum in regno patris mei*. Ad hunc calicem, potumque deſiderabilem nos exhortatur Scriptura. *Bibite amici mei, & inebriamini cariſsimi*. Ibi verus ille Ioſeph gratioſum illud ſympoſium cum fratribus ſuis agitabit, illudque Pſalmi exequetur. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Quæ hic conuiuia magnates adornant Regumque purpuratorum nati, vbi in lectulis aureis & argenteis, in alarotis ſiue pauimentis Parijs aut ſmaragdinis, ſitis, accubetur téporaria ſunt, & ab ipſis etiam Curculionibus ac paraſitis faſtidita: at illa ſuper aſtra conuiuia Cœlicolarum nunquam terminantur, calicemque gloriæ & maieſtatis iugiter ori ſuo admouebunt, nec ſubmouebunt vnquam. O quam potus dulcis erit gutturi? O quam crater ille precioſus?

Pſal.15.

Matth.26.

Cant.5.

Gen.43.

Pſal.25.

Eſter.1.

ſus? *Calix meus inebrians quam præclarus eſt,* quem glorificata anima quoad læta illa arua tenuerit, guſtabit, bibet, ebibet. *Pſal. 22.*

Cæterum vt beatorum gloria calix eorum eſt & potus optatiſſimus Electorum; ſic e contrario tam pœna ſenſus, quam pęna damni, cætęraque perduellium Chriſtianorum gentiliumque tormenta calix eorum execrabiliſſimus vocitătur. vnde Pſalmographus: *pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis illorum.* Hoc hoſpitali poculo ſuos eheu in æternum domeſticos familiaresq; excipiet diabolus, hunc omnibus calicem ex ordine in æternum epotandum præbebit. Nec immerito. Cum enim aduerſus Deum immortalem impie arma inſtar gigantum, arripuerint, & iura eius ac leges non tantum non acceperint, verumetiam ex eorum proteruo contemptu ſe magis conſcelerarint: ſubmittit eiuſmodi carnifices qui delictorum pœnas ineluctabileis iugiter exigant. Quandoquidem vt Dominus eorum eſt, ſeruos ſuos non conductos pretio, ſed nobiliſſimo ſanguine ſuo emptos & redemptos coercere habet, & vt iudex in carceres, cippos pœnasq; quibus maleficos afficere leges dictant imperare. *Recipiet quippe quilibet prout geſſit in corpore ſuo ſiue bonum ſiue malum.* *Pſal. 60.*

Præte-

3.Reg. Præterea templum Hieroſolymitanũ vt ex decurſu fabricæ eiuſdem colligere eſt, ſuos conſecratos calices & vaſa habuit ad ſanctos vſus in miniſterio diuino deſtinata, quibus in ciuilibus prophanisque conuiuijs abuti piaculare fuit, & funeſtiſſimis haud raro flagellis à Deo vindicatũ. Vnicum exemplum Balthaſaris Regis temulenti adducam, vnde eiuſmodi ſacrilegorum pœnas facile condiſcimus. quanquam etiam in noua lege ô Romane Eccleſia perplura ſuppetant, quibus illos cælitus fulminatos ſcimus, qui altarium paramẽta, ciboria, repoſitoriaque SS. Sacramenti prophane violarunt. verba Danielis ita ſe habent: *Præcepit ergo Rex iam temulentus, vt afferrẽtur vaſa aurea & argẽtea quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in Ieruſalem: vt biberet in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc allata ſunt vaſa aurea, quæ aſportauerat de templo quod fuerat in Ieruſalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem hora appaeuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum: & compa-*

Daniel.5. a.2.

compages renum eius ſoluebantur,& genua eius ad ſe inuicem collidebantur. Quod ſi Deus in veteri lege tam illos ſacrilegos corripuit, qui cõſecrata reſecrare & ad vſus prophanos conuertere attentarunt, quibus illos plagis affliget, qui in noua lege ſacratiſſimam templorum auream argenteamque ſupellectilem, in equorum phaleras, aureaque lupata, in gladiorum capulos, in meretricum lenonumque torques, & redimicula conflando, transformant. Quæ non Picarditæ in Bohemia, Caluinoſequi in nobili Belgio, in Britannia impuratiPuritani, in Gallijs ſanguinarij Hugonotti eiuſmodi affinia & abominanda ſacrilegia deſignarunt? Gliſcentia primum occulte in Romanam odia Eccleſiam tam diu admotis hæreſeos facibus aluerũt donec inmanifeſtarias rap'nas, ſacrilegia, ſpolia Eccleſiarum prædiuitum graſſante late flamma eualeſcerent. Vaſa illa vmbratica erant, & non niſi typus noſtrorum: in illis figura, in hiſce noſtris veritas tractatur & continetur.

Denique B. Ioannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi magnæ illius meretricis Babylonicæ meminit, etiam abominandum calicem manu geſtantis. *Vidi, inquit, mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem* Apoc. 17. & 18.

 & cornua

cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: de vino fornicationis eius biberunt omnes gentes, & omnes Reges terræ cum illa fornicati ſunt & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt. Per hanc mulierem aliis interpretationibus omiſſis, hæreſis non incommodè accipitur, cum qua, vt pro dolor nimis notum eſt, multi Principes & Reges, multi Comites, multi Barones, multi nobiles & ignobiles, ciues, negociatores fornicati ſunt, & ex calice eius omni immundicia & abominatione pleno, nimirum, mendacijs, hæreſibus, adulteriis, ſchiſmatis, quæ Sancta Mater Eccleſia & Scriptura nomine fornicationis complectitur, auidè biberunt, atque adeo ebrioſi facti ſunt, vt huc illucque lapſabundi corruerent. Nam quemadmodum qui potus eſt, nec pedibus inſiſtere nec ſurſum ſe poteſt erigere: Sic quoque quicunque ex huius impudicæ & multicipitis mulieris poculo bibit, adeo erroneum cerebrum accipit & furioſum, adeo pedes caducos, vt neſciat, qua eundum ſibi in rebus fidei ſit.

ſit. Quare ab hoc calice omnes zelo ſe caueant, nec ab aureis argenteiſque veſtimentis, à margaritis gemmsique precioſis quibus ſeſe hæc Babylonica meretrix expinxit, decipi ſe patiantur. Præſertim cum aurum ſacrarum litterarum gemmaſque bibliorum obtrudant, quæ ad ſpeciem tenent, non ad ſalutem, vt Auguſtinus ait. Fucus illius & purpuriſſa quibus mortuariam ſuam elegantiam formamque ementitur, ſunt ſacræ paginæ. Vnde hic calix diaboli eſt, cum à patre mendacij non ſtantis in veritate proficiſcatur, cuius hi pſeudoprophetæ ſeſe pediſequos eſſe gloriantur. Reliqui ſuperiores vel Dei opus ſunt, vel eo permittente grauiſſimie de cauſiſà nobis ſumendi. Sed de his hactenus.

cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: de vino fornicationis eius biberunt omnes gentes, & omnes Reges terræ cum illa fornicati ſunt & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt. Per hanc mulierem aliis interpretationibus omiſſis, hæreſis non incommodè accipitur, cum qua, vt pro dolor nimis notum eſt, multi Principes & Reges, multi Comites, multi Barones, multi, nobiles & ignobiles, ciues, negociatores fornicati ſunt, & ex calice eius omni immundicia & abominatione pleno, nimirum, mendacijs, hæreſibus, adulteriis, ſchiſmatis, quæ Sancta Mater Eccleſia & Scriptura nomine fornicationis complectitur, auidè biberunt, atque adeo ebrioſi facti ſunt, vt huc illucque lapſabundi corruerent. Nam quemadmodum qui potus eſt, nec pedibus inſiſtere nec ſurſum ſe poteſt erigere: Sic quoque quicunque ex huius impudicæ & multicipitis mulieris poculo bibit, adeo erroneum cerebrum accipit & furioſum, adeo pedes caducos, vt neſciat, qua eundum ſibi in rebus fidei ſit.

ſit. Quare ab hoc calice omnes zeloſè caueant, nec ab aureis argenteiſque veſtimentis, à margaritis gemmsique precioſis quibus ſeſe hæc Babylonica meretrix expinxit, decipi ſe patiantur. Præſertim cum aurum ſacrarum litterarum gemmaſque bibliorum obtrudant, quæ ad ſpeciem tenent, non ad ſalutem, vt Auguſtinus ait. Fucus illius & purpuriſſa quibus mortuariam ſuam elegantiam formamque ementitur, ſunt ſacræ paginæ. Vnde hic calix diaboli eſt, cum à patre mendacij non ſtantis in veritate proficiſcatur, cuius hi pſeudoprophetæ ſeſe pediſequos eſſe gloriantur. Reliqui ſuperiores vel Dei opus ſunt, vel eo permittente grauiſſimie de cauſis à nobis ſumendi. Sed de his hactenus.

CAPVT X.

Monentur, omnes vt à Sybaritica mollicie, ab immoderato ſomno, à malis bibendi artibus, & perperam inueterata Germanorum conſuetudine abſtineant, motu vindictæ diuinæ &c. Item remedia quædam ἀλεξίκακα. Cum paraneſi, Neſcis quid ſerus veſper vehat.

Ex ijs, quæ de ſomno mortalium ſiue naturali ſiue non naturali, hoc eſt miraculoſo vel præſtigioſo, alijsque id genus ſomnolentijs dixi, eo colliniant, vt partim à molli & delicatulo ſomno Chriſtiani ſibi temperent, partim vt à malis artibus per ebrietatem tentatis & per barbaricos hauſtus ſomnificos factis, impenſe abſtineant. Poſſunt enim in hoc Syntagmate noſtro videre, quid non periculi ipſiſmet ex immoderato ſomno immineat: præſertim ſi excutere & ſubnotare velint, quid non mali ſagæ & trivenefici huiuſmodi dormientibus precum armatura, ſignique crucis clypeo deſtitutis poſſint accerſere, & irrogare: vtpote quibus velut illi Tyranno, cui ſuper impia ceruice pendeat diſtrictus enſis,

enſis, & ex vna temporaria miſeria in æternam illam protrudātur. Alcinoi catuli non ſumus; nec ſponſi Penelopes, quibus curæ fuit, aſſiduo curare cuticulam Sole, & Laſc uiæ ſigna in caſtiſſimæ Penelopes domo impie e gere. Herculis malunt in bibendo, quam in laborando æmuli cenſeri, qui illo vaſe, quod epotarat, pro nauigio vſus, mare traiecit. Miramur forſan Smindyridem Sybaritam in tantam luxuriam mollitiemque prolapſum, vt omnes alios Sybaritas anteuerteret. Iccirco, quandoque cum in roſarum folijs procumberet, in iiſque ſomnum capiens experg fieret, ait, ſe puſtulas corpori ſuo ex nimia lectorum duritie impreſſas habere. Miramur forſan Alexandrum Magnum, qui quinta die menſis perpotauit apud Eumæum, ſexta crapulam edormiuit, neque plus eo die dixit, quam quod ſurrexit, & ducibus de craſtina profectione mandata dedit, inquiens eam ſummo mane futuram. Septima deinde die epulatus apud Perdiccam, ſe rurſus vino ingurgitauit, & octo dies dormiuit. Decimoquinto dierum vino iterũ indulſit, & ſequenti tẽpore ſolito more crapulam decoxit ſomno. Vigeſimo quarto die cænauit apud Bagoam. Diſtabat à Regia Bagoæ domus ſtadijs decem, poſt tertio dormiuit. An

Ælian. li. 9. c. 28. de var. Hiſtor.

Idem lib. 3. ca. 7.

ter illa Medea apud Euripidē & prouide.

μισῶ σοφιςὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Odi ſapiētem qui ſibi ipſi ſapiēs nō eſt. Neque enim ſapis tibi neque animæ tuæ ſi tam impie ad ſtratum doloris procedas,& immanibus hauſtibus ſomniferis ęſtuans, omniū precū Deo depēdēdarū immemor euadas. *Ebrioſi certe regnum Dei non poſsidebūt.* 1. Cor. 6.
Dic cum propheta, *eripe me de luto* vt nō in hæreā, *de lacu miſeria, de luto facis.* Ille ſom Pſal. 68.
nus ſic accerſitus, Inferni puteus eſt, qui *vrget ſuper te os ſuū*, vt te abſorbeat. Illa ebrietas ſic introducta etiam in te pœnitentiæ auxilium interſcindit,& ſalutaris emendationis portum obſidet, vt ad ſobrietatis ſtationem nunquam perueniant illi olidi ſomni mercatores. Audiant interminantem Ioelem iſti Endymiones, ſi poſſunt. *Expergiſcimini ebrij & flete & vlulate omnes,* Ioel. 1.
qui bibitis vinum in dulcedine. Et Eſa. *Ecce ſerui mei comedent & vos eſurietis. Ecce ſerui mei* Eſa. 65.
bibēt, vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabūtur, & vos confundemini. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos cum contritione cordis vlulabitis. Auerruncent Superi ne talibus & quidē meritis pœnis feriamur. Si mederi huic immoderato malo cōcupiſcis, cogita & quidē vere, qd ſerus veſper tibi vehat an à ſomno ad mortē, an vero ad ægreſcētē & tabidā vitā ſis vigilaturus Nouiſſima tua

ob ocu-

Iob.31. ob oculos pone, quid nimirum facturus *ſis cum ſurrexerit ad iudicandum Deus*, quid reſponſurus. Carnis immoderatam laſciuiam per mortificationem infrena, ne Herodiacas perpotationes conuiuiaque veſpertina frequentet. Temporis nobilem tractum mortuario ſomno tranſmittere noli, ne aliquando præteritorum annorum memoriam incaſſum reuoces. Librorum ſpiritualium & ſacrarum paginarum lectione delectare, Sap. 16. *& ſermo tuus Domine ſanabit omnia.* Pijs inſtanter precibus ſoporiferæ Symb. Pythag. temulentiæ vires incide, & cogita te ἐκτὸς λεωφόρου, bonorum, τὴν βαδίζειν oportere. Non adeo momẽtaneã delectationẽ ſoporiferi hauſtus concupiſce, & quam glorio- Luc. 22. ſum fuerit edere & bibere ſuper menſam Domini in regno eius conſidera. Deniq; eoſdem ſocios quibus pergræcari tecum volupe eſt, & peſſimam fraternitatem potandi tecum inire, non minus quam viperinum morſum deuita; præſtat enim illos tibi inimicos eſſe quam Deum tibi aduerſari. Eccl. 9. In lubrico ſtamus, in hoc vitæ noſtræ biuio, & *num odio vel amore digni ſimus* Ibidem. 11. neſcimus, annon vigilãdum iuxta ac laborandum eſt, vt ad *auſtrũ non ad Aquilonem cadamus*, cum impoſſibile ſit à delicijs ad delicias gradum facere.

NESCIS QVID SERVS VESPER VEHAT.

V[illegible]HAT. Ex Satyris Menippæis Varrōnis citatur hic titulus tū ab Agellio tum à Macrobio, quo non ipſiuſmet hominis modo, ſed omnium rerum humanarum & ſublunarium incertitudinem, & ex natura ſua progredientem miſeriam demonſtrat. Ideoque hominem bullam idem dictat, qui haut ſecus quam eiuſmodi pluuiatilis bulla ex propriæ infirmitatis impulſa diſſiliat, & ad illa receptacula deſcendat in quibus æternum manſurus ſit. Et quidem hominis ipſiuſmet improſperam ſortem & lacrymabilem cantatiſſimum illud Sphyngis ænigma ab Oedipo Colonæo detectum, abunde ſignificat; nimirum quod animal inter omnes terreſtres animantes eſſet, & quadrupes & bipes & tripes. Vt eleganter Burdegalenſis Poeta cōplexus eſt,

Heſiodus in Theog.

Auſon. Eidill. 15.

Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus,
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis,
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Quicunque vero mortalium illius monſtri ænigma non poterat diſſoluere, is tanquam humanarum calamitatum ignarus per Sphyngem adductus ad prærupta montium dabatur in præceps. In infantia talis homo eſt, vt manibus pedibusq́, per

 humum

humum repat, ætate ineunte bipes ſit, & in deuexa ætate Scipionem conducat. Interea vero quibus fortunæ aduerſantis telis vita exponatur non repeto, cum omnibus pateat, hanc *vitam militiam* eſſe in exilio hoc noſtro, & tanquam officinam vniuerſarum calamitatum quibus diuinæ Iuſtitiæ dextera quaquauerſum nos impetit. De tẽpore eiusque ærũnis in propatulo eſt nos de eo nul'ã poſſe nobis longinquitatẽ polliceri, cum *trudatur diesdie, nouaq; pergãt interire Luna*. Soles itẽ redeant & occidãt, vt in ſingula momenta nos eius abrumpendi metus circũſonet. Et ſi modo ſerenitas fortunæ affulgeat renidenti facie, mox eandẽ triſtitia furioſo vultu excipiet. Inter Heptalogo ſapientũ, & illud Solonis laudatiſſime, ὅρα τέλος μάκρου βίου celebratur. Specta finem longæ vitæ, quandoquidem ipſi ne ſcimus quibus adhuc ſupremum Numen nos triturare caſibus velit & exercere. Ideoq; eleganter Theſſalis in illum finem reſpondit Philippus apud eloquentiſſimũ Liuium: *Nondũ omnium dierum ſolem occidiſſe*. Quis enim eſt, cui non cum dubia fortuna in lubrico vitæ huius depugnandũ in dies?

Horat. lib. ad 18. Ca. il.

Decad. 4. lib. 9.

Seneca in Thyeſte.

Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſis.

Nam in ſecundis rebus nihil in quenquam violenter ac ſuperbe conſulere oportet, nec præſenti cedere fortunæ, cum quid veſper ferat incertum ſit.

inquit Liuius: & Sapiens noſter ait, *in futurũ omnia ſeruantur incerta, vt cum timore & tremore ſalutem tuam opereris.* Vitrea ſunt, quæcunque in mundanis palato tuo adlubeſcunt, dum coruſcant, dum ſplendicant, franguntur & peſſumeunt: Neque enim in humanis hiſce vellem te Magni Dei prouidentiam ſugillare, aut caſu hæc omnia ita interuerti, perturbari, miſceri putare, cũ omnia ordinata Dei diſpoſitione fiant & cum conſilio adminiſtrentur. Ideo in rem illam appoſitiſſime ſcripſit S. Baſilius. *Caue,* inquit, *dicas temere factum eſt hoc, & ſponte hoc contigit. Nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum: nihil accidit fruſtra, nihil temere fertur, nec malum vllum euentum nec malam dixeris horam. Hæ namque ineruditorum & Chriſtianorum diſciplinam ignorantium ſunt voces. Nõne duos paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex ijs non cadit ſuper terrã ſine Patris volũtate? Quot capilli capitis? & vnus ex ijs nõ eſt apud Deũ in obliuione.* Proinde caue in Deũ culpã reijcias, aut diuinæ prouidẽtiæ tabulas eiuſmodi intolerãda blaſphemia adulteres. *Riſus dolore miſcebitur & extrema gaudij luctus occupat.* Quis ſatis originis culpã eluit: quis quotidiana delicta ſiue illa notoria ſiue clancularia ſint, oculis nihilominus omnia vidẽtis aperta, digna ſatisfactiõe expiauit? Ideoq, illã volubilitatẽ & incoſtãtiã huic lacrymabili affixit exilio, vt vigilarem⁹ sẽper & à nuptiis re

Decad. 5. lib. 5.

In Pſal. 32.

uenientem præſtolaremur. Vide rotã illã in ipſomet Saluatore noſtro quomodo Rex ſalutatus ab omnibus, quinque diebus poſt illum triumphum in crucẽ ignominioſiſſime ſublatus fuerit. Sic etiam in viridi ligno iuſtiſſimus Deus peccata vniuerſi generis humani vindicauit. *Roſa quidem,* inquit idem S. Baſilius, *in principio cũ à Deo creata ſpinis carebat: poſtmodum vero pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, quo voluptatis oblectamento inde capiendæ propinquo affligamur dolore, recordatione delicti: cuius cauſa factum eſt, vt tribulos terra & ſpinas afferret.* Cæterum alibi adhuc longe diſertius idẽ Pater miſeriam noſtram adumbrat. *Roſa hic ſpinis eſt coniuncta, externa gratia moleſtiam obtegens, nos aperta voce conteſtans & dicens: quæ iucunda ſunt vobis homines, triſtibus permixta ſunt. Nam verè in humanis creatum eſt, vt nullum eorum ſyncerum ſit, ſed confeſtim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mœſtitia, coniugio viduitas: puerorũ educationi cura & ſollicitudo, fœcunditati abortus: vitæ ſplendori ignominia: proſperis ſucceſſibus diſpendia: delicijs faſtidium: ſanitati infirmitas. Florida quidem eſt roſa, ſed mihi triſtitiam infligit. Nam quotieſcunque florẽ hunc video, mei peccati admoneor, propter quod vt ſpinas & tribulos proferat condemnata eſt.* Illud ipſum vnode ſt cho grauiſſime Thomas Morus Cancellarius & Martyr ſub

Homil. li. 5. Hexamer.

Sermo de paradiſo.

Henr. co

Henrico Octauo Schiſmatico complexus eſt, cum ait:

Scilicet ex illa qua primum naſcimur hora | *Thomas Morus.*
Prorepunt iuncto vitaque morsque pede.

Ægyptij certe lumine naturali couſque progreſſi ſunt, vt vitę huius tragicā ſcenā, etiā in medijs voluptatibus inculcandā iudicarēt, ne extra orbitā honeſtatis, ſuimet immemores vagarentur. Sceletū enim, id eſt aridum inueteratūque cadauer, conuiuijs ſuis inferebant: dicentes, *Ede bibe, talis poſt mortem eris.* Vnde inhumanum eſt & tyrannicum prouidam futurorum curam cautelamque nos deponere, tametſi in hoc ærumnoſo mundo, diuitiæ, honores, potentia, Mæcenates, clientes affluant.

Quem dies vidit veniens ſuperbum, | *Seneca in Thyeſte.*
Hunc dies vidit fugiens iacentem
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri.
Res Deus noſtros celeri citatos
Turbine verſat.

Erat illa anilis perſuaſio Romanorum Imperatorum, vt ſi quando fortunam auream à prædeceſſoribus ſuis accepiſſet, tum demum cum imperiali purpura & felicitatem & eius perennitatem ſe adeptos ominarentur: at verò quam miſere ludificati ſunt, vel illorum miſerabiles lanie- | *Colligitur ex Plinio li. 34. cap. 4.*

næ

næ prodiderunt, vel parum fortunata imperij adminiſtratio demonſtrauit. De Antonino Pio quod ad M. Antonium Philoſoph. (cuius vtcunque imperiũ præclarum fuit) eandem moriturus transferri voluerit, IuliusCapitolinus teſtatur. Seuerus Imperator, cum duos poſt ſe filios relinqueret, illud vt ipſi vocabant ſacratiſſimum ſimulacrum geminari volebat, vt alterum Baſſiano Caracallæ filio, alterum Getæ tranſmitteretur: at cum mortis acceleratione ſe præpediri videret, iuſſit alternis diebus apud filios Imperatores nũc hunc, nunc illum fortunam auream hoſpitari: quod tamen Caracalla reſpuerat patre adhuc ſuperſtite. Vnde continuò Getam occidi iuſſit fratrem germanum, & abominandis ſeſe ſceleribus maculauit. Patrocinio nimirum Fortunæ aureæ tam præclara facinora Commodus Cæſar, Heliogabalus, Valerianus, &c. ediderunt, quapropter tanta felicitate ſcilicet donarentur. Etiamne in humanis Fortuna aurea ex adeo nobili metallo fallax eſt? Fallax vtique, quippe non quicquid ſplendicat aurum eſt, vt in vulgari prouerbio fertur. Aurea ſecula & ferrea & Neroniana fieri poſſunt.

Iul. Capitolin. in vita Anton.

Aelius Spartani in vita Seueri.

Fortuna ſæuo læta negocio
Ludum inſolentem ludere pertinax

Horat. li. 3. odarus.

Tranſ

Tranſmittit incertos honores,

Nunc mihi nunc alij benigna.

Nescis quid ſerus veſper vehat, *neſcis quid ſuperuentura pariat dies*. Egregie ille Moguntinenſium præſulum gemma Daniel ex Brendeliorum nobiliſſima proſapia hæc Symbola merito aureis deſcribenda litteris in Liturgico libello annotarat, & in dies ſingulos percurrebat.

Vita breuis	*Victoria anceps.*
Forma Decipiens.	*Concordia fallax.*
Pecuniæ fluxæ.	*Senectus miſera.*
Imperium inuiſum.	*Mors felicitas.*
Bellum pernicioſum.	*Sapiētia fama perēnis.*

Tam inſtabilem & fluxam rerum humanarum faciem ille Princeps adeo accuratè deſcripſerat, vt hic ſeſe in hoſpitio & non in domo, in via & non in termino, in exilio & non in patria eſſe cogitaret. Non habemus *hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus*. Intolerabile eſt viro cœleſtia anhelanti, ſic terrenis fæcibus adhærere, & ad cœleſtes delicias æternum capeſſendas natum, porcorum ſiliquis inſatiabilem ventrem opplere. Si Devs venter eſt & vniuerſa gloria noſtra in confuſionem mutabitur. præſertim cum venter fœnum ſit, & cloaca

Cloaca, omnis denique immenſis laboribus gloria captata flos fæni. *Vbi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? Vbi ſunt, qui in auibus cœli ludunt, qui aurum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines: & non eſt finis acquiſitionis eorum. Qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt, nec eſt inuentio operum eorum. Exterminati ſunt, & ad Inferos deſcenderunt, & alij eorum loco reſurrexerunt.* Vbi pulcherrime humanam gloriam, eiuſque fæculentam fallaciam effigiauit prophetes. Vbi enim ſunt illi, qui diuerſas monarchias condiderunt, & ſibi nomina in terris ponere laborarũt, ſiue Aſſyrios, Perſas, Medos, ſiue Græcos Macedonas, Romanos inſpicias? vbi ſunt? Fuerũt, *Perijt memoria eorum cum ſonitu,* quo fortean ad erudiendum nos, & ad fugaces honorum facultatumque titulos fugiendos magiſtrorum, Eccleſiaſtarumqne pulpita perſtrepunt. Cræſus Lydorum Rex opulentiſſimus audiat à Solone Sapiente, nullam pdſſe nobis in hac vita perennem fœlicitatem obtingere, ſed quamtumuis florere videamur, nihilominus illius floris caducitatem ex inopinato oppreſſi experiemur. Cum enim prœlio à Cyro Perſarũ Rege victus eſſet, & ad rogum damnatus, ſalutarem Sapientis olim ad ſe accerſiti doctrinam ad animum reuocauit. In medijs

Baruch. 3. cap.

Plutarch. in vita Solonis. Herodot. lib. 1.

dijs flammis quippe conſtrictus, eiusque purpuram oraque depopulantibus, exclamauit: O Solon, O Solon, O Solon, vtinam exuberantem in proſperis animum, aduerſorum iam mihi ſero obuenientium meditatione contraxiſſem. Veriſſimum illud eſt: *Sola ira Nummis procul, diuque abeſſe à rebus adeo ſecundis non poteſt.* Cyrus cognito Sapientis conſilio Crœſo dato, ante obitum neminem beatum eſſe, ne pari & ipſe quoq; infortunio inuolueretur, dimiſit. Neſcis enim quid ſerus veſper vehat. Quid Adonibezech accidit in ſacris paginis, qui in ſummo regni apice fulminatus, in gloriam vitã ſub menſa Ducum Iſraelis traxit. Quid Valeriano Cæſari in ferrea cauea ab Sapore Perſarum Tyranno circũducto? Quid Baiazethi primo, Turcorũ Monarchæ à Tamerlane Scytha ſuperato vſu venit? vt equum inſcendenti Scythæ hamaxobio ſuppedanei ſcabelli loco ſeruiret. Quo die Orientis Imperator inaugurareturCæſareumque paludamentum, diadema, ſceptrum cæteraque geſtamina Cæſarum capeſſeret, ad illum adebat Cimentarius, rogabatque quodnam genus ex propoſitis lapidibus ad fabricandum ſepulchrum ſecerneret. Caganus Auarum Toparcha victorijs frequentibus de Mauritij Cæſaris milite factus ferocior, intole-

Iud. 1.

Zonar. li. 2. Annal. Nicepho. lib. 18. cap. 29.

randum pene factum, crudelitatemque in eum oſtendit, quem non niſi Seſoſtris Regis Ægypti exemplo ab aſciticia tyrannide legatus auocauit. Is cum aureo vectus curru à quatuor Regibus iugalibus duceretur, vnius Regis reſpectum iugē ad rotam volubilem miratus eſt, ſciſcitatusque eſt ex illo quidnam retorta in rotam facies ſibi vellet? reſpondit, Reſpicio illum rotæ gyrum volubilem, in qua quæ ſumma fuerant, ima fiunt, vt nobis pro dolor accidit. Rex mutato conſilio factus moderatior, in libertatem eos aſſeruit. Iuſtinianus in triumphum Gelimerem Vandalorum Regem cum liberis ac coniuge ducēs, ſublato cachinno ridentem liberaliter vidit: & cum impotem illum ſuimet eſſe putaret, dixit ſe ridere humanæ vitæ viciſſitudines, vt qui Rex fuiſſet, nunc ſeruiret. Nihil dicam de Saladino fortunatiſſimo Ægypti & Mammaluccorum Sulthano, qui defunctus iuſſit ſibi pro pompa funebri præferri atri coloris obſoletam tunicam, cum hoc diſticho per præconem dicendo: in quo hæc pauca pro multis finio:

Pompon. in vita Iuſtiniani.

Vixi diuitijs regno, tumidusque trophæis.
Sed pannum heu nigrum non niſi morte tuli.

Iouius lib. 1. Elogior. de Vir. il-luſt.

Nunc vero quemadmodum ignorarunt illi & tempus ſuum & euentum rerum

futura-

futurarum:perinde nos præterit, in quo puncto vitæ noſtræ ille ſerus veſper fatalem horam aducturus ſit:in quo diſcrimine ætatis Sphyngis verificandum ænigma ſit. Ac proinde grauiſſimum ſcelus ſit, adeo obbruteſcere in vino iſtis hauſtibus ſoporiferis, vt nec Deum nec hominem timeas:cum omnia humana,vita, tempus, honores,opes tenui filo pendeant:& citius quam veſper ingruet, abrumpantur. Omnia in turbine,in gyro, in rota interuertũtur & pereunt. Vmbra ſunt,telæ areanarnm ſunt, vtpote vmbræ trãſitus,vmbra vmbræ,immo pictum vmbræ ſomnium. Denique Nihil. Quid ergo ſpondes homuncio hic tibi perpetuitatis,cum neſcias quid ſerus veſper aducturus ſit. Hinc ille apud Plinium Xerxes, qui numeroſiſſimo milite Græciam ſubacturus ad Thermopylas conſederat & non modo continentem exercitu ſuo contexerat, verum etiam ipſummet Oceanum Boſphorum nauibus ſtrauerat, vt compedibus Neptunum vincire, & mare tanquam eius Domitor,ſcutica, vt in ſcholis Magiſtelli,deſcribere diceretur,illã vitæ noſtræ miſeriã defleuit. Vtar verbis Plinij Iunioris: *Quid enim tam circũciſum,tã breue quã vita hominis etiam longiſſima? Tam anguſtis terminis tantæ multitudinis Viuacitas circumſcribitur,*

 vt mih

vt mihi venia nonſolum, ſed etiam laude videatur digna regia iſta lachryma Nam ferunt Xerxem cum immenſum exercitum oculis obiuiſſet, illachrymaſſe, quod tot millibus tam breuis immineret occaſus. Præcario quippe data eſt, & cum creditor eam repoſcit, reddenda eſt vita noſtra, quamtumuis vmbratica ſit & euanida. Quid nobis cum immoderatis hauſtibus ſomnificis eſt commercij? quos vt ſua figmenta, Deus, quos ratio, quos natura ad præclariſſimam viuendi portionem tranſtulit? Chriſtianorum non eſt in diem viuere, quod barbarorum eſt, quibus melior vita iure merito denegatur, quos ætatula breuicula finit ludere, eſſe, amare, vt cum Comico loquar. Recte Menander.

Plautus in Bacchid.

Menander.

Τυφλὸν τε καὶ δύςηνον τ᾽ ἀνθρώποις βίος.

Cæca & parum fœlix vita eſt mortalum.

Dei verb. Domini ſerm. 17.

Et Auguſtin. *Quid eſt diu viuere niſi diu torqueri, & breues dies vinere, quam multis miſerijs repleri?* Quare vigilandū potius eſt nobis, vt ſi quando veniat Dominus poſſimus ei cū lampadibus præparatis inſtar ſapientum virginū occurrere. Recte Plinius ad Veſpaſianum. *Vita hominis Vigilia eſt*, nō torpidas ſomnus, & ignauiſſima ſonitus ronchorum. Vere vigilia: *Vigilate quia neſcitis diem neque horā.* Hoc gymnaſium iuſtorum, hæc perennis Chriſtianorum palæſtra eſt,

Plin. in Præfat. N.H.

quibus

quibus nequaquam in hoc turbulento mari cum Iona dormiendum ſecure. Audi Iſaiam intonantem, & imitare: *ſuper ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem & ſuper cuſtodiam meam ego ſum totis noctibus.* non autem calicem ſoporis epoto, non ſomnificis hauſtibus fœde inebrior, qui fronti meæ regalibus characteribus, Neſcio vos inſcribunt, & velut ſcabioſam pecudem carnifici, non vero pecuario magiſtro Paſtorique reſeruant. *Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambules.* Neſcio quo momenti periodus vitæ tuæ abſcindenda ſit. Vigila. Iſai. 21. Apoc. 16.

Nescis Qvid Servus Vesper Vehat.

Digitized by Google


IOAN. FRIDERICI MATENES I
Theologi, Hiſtor. ac Græcæ linguæ in Academia Colon. Profeſſor. Ordinarÿ,

ARA BVSIRIDIS,

ſiue

SYNTAGMA CRITICVM, DE HOSPITALITATE
& conteſleratione quorundam Chriſtianorum inhoſpitali.

AD ADMODVM REVERENDVM SPEctabilemq; virum ac Dominum D. Gerardum Virſſen, Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ad S. Cordulam Commendatorem digniß.



VITTORIO

COLONIAE,
Sumptibus Conradi Butgenij,
Anno MDCXIII.

ADMODVM REVERENDO ET PER QVAM SPECTABILI VIRO AC DOMINO DOMINO

Gerhardo Virſſenio ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ad D. Cordulam Commendatori meritiſſimo, & Venerabili, eruditoque Domino Petro Cremerio Merckenſi Priori eiuſdem domus digniſſimo, Dominis & Patronis ſuis obſeruandiſſimis.

EST illud paſſim apud omnes ſcriptores in mores receptum, vt ſi quando quippiam iuri publico ſuorum laborũ tranſcribant, non ſine peculiari patrocinio, ad illum finem requiſito, faciant, & eiuſmodi ſibi defenſores depoſcant, qui ſannionum, ignorantiumque maledicas linguas auctoritate ſua

Digitized by Google

vt mihi venia non ſolum, ſed etiam laude videatur digna regia iſta lachryma. Nam ferunt Xerxem cum immenſum exercitum oculis obiuiſſet, illachrymaſſe, quod tot millibus tam breuis immineret occaſus. Precario quippe data eſt, & cum creditor eam repoſcit, reddenda eſt vita noſtra, quamtumuis vmbratica ſit & euanida. Quid nobis cum immoderatis hauſtibus ſomnificis eſt commercij? quos vt ſua ſigmenta, Deus, quos ratio, quos natura ad præclariſſimam viuendi portionem tranſtulit? Chriſtianorum non eſt in diem viuere, quod barbarorum eſt, quibus melior vita iure merito denegatur, quos ætatula breuicula ſinit ludere, eſſe, amare, vt cum Comico loquar. Recte Menander.

Plautus in Bacchid.

Menander.

Τυφλὸν τε καὶ δύςηνον τ' ἀνθρώποις βίος.
Cæca & parum fœlix vita eſt mortalum.

Dei verb. Domini ſerm. 17.

Et Auguſtin. *Quid eſt diu viuere niſi diu torqueri, & breues dies viuere, quam multis miſerijs repleri?* Quare vigilandū potius eſt nobis, vt ſi quando veniat Dominus poſſimus ei cū lampadibus præparatis inſtar ſapientum virginū occurrere. Recte Plinius ad Veſpaſianum. *Vita hominis Vigilia eſt*, nō torpidas ſomnus, & ignauiſſima ſonitus ronchorum. Vere vigilia: *Vigilate quia neſcitis diem neque horā.* Hoc gymnaſium iuſtorum, hæc perennis Chriſtianorum palæſtra eſt,

Plin. in Præfat. N. H.

quibus

quibus nequaquam in hoc turbulento mari cum Iona dormiendum ſecure. Audi Iſaiam intonantem, & imitare: *ſuper ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem & ſuper cuſtodiam meam ego ſum totis noctibus*. non autem calicem ſoporis epoto, non ſomnificis hauſtibus fœde inebrior, qui fronti meæ regalibus characteribus, Neſcio vos inſcribunt, & velut ſcabioſam pecudem carnifici, non vero pecuario magiſtro Paſtorique reſeruant. *Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambules.* Neſcio quo momenti periodus vitæ tuæ abſcindenda ſit. Vigila.

Iſai. 21.

Apoc. 16.

Nescis Qvid Servs Vesper Vehat.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


IOAN. FRIDERICI MATENES I
Theologi, Hiſtor. ac Græcæ linguæ in Academia Colon. Profeſſor. Ordinarij,

ARA BVSI- RIDIS,

ſiue

SYNTAGMA CRITICVM, DE HOSPITALITATE & conteſſeratione quorundum Chriſtianorum inhoſpitali.

AD ADMODVM REVERENDVM SPE-ctabilemq; virum ac Dominum D. Gerardum Virſſen, Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ad S. Cordulam Commendatorem digniſſ.



COLONIAE,
Sumptibus Conradi Burgenij,
Anno MDCXIII.

ADMODVM REVERENDO ET PER QVAM SPECTABILI VIRO AC DOMINO DOMINO

Gerhardo Virſſenio ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ad D. Cordulam Commendatori meritiſſimo, & Venerabili, eruditoque Domino Petro Cremerio Merckenſi Priori eiuſdem domus digniſſimo, Dominis & Patronis ſuis obſeruandiſſimis.

EST illud paſſim apud omnes ſcriptores in mores receptum, vt ſi quando quippiam iuri publico ſuorum laborũ tranſcribant, non ſine peculiari patrocinio, ad illum finem requiſito, faciant, & eiuſmodi ſibi defenſores depoſcant, qui ſannionum, ignorantiumque maledicas linguas auctoritate ſua

compeſcant. Idem & mihi omnino faciendum in hac breuicula elucubratione mea fuit, tum vt Mecænatem vnum alterumque ei aſſciſſerem, tum vt ſub vmbraculis recte ſentientium rite eandem abſconderem. Vbi mihi vltro citroque diſcurrenti, & nunc aliorum hortatu nunc meo vel hunc vel illum ſecernenti, veſtræ mihi, Reuerendæ admodū Dignitates eminere grauiſsimis de cauſis viſæ ſunt præ cæteris. Et quidem inprimis, quod ad Commendā illam equeſtrem, ſacerdotalemque hoc anno, omnium Dominorum conſpirantibus animis votiſque vocata admodū R. Dignitas veſtra ſit, ampliſſimaque Prælatura decorata, vt ſpiritus ſancti inſtinctu id factum eſſe nemo ambigat Vnde cum ſolemne ſit munera hinc inde ab amicis in per quā grati animi arrhabonem miſsitari, nullus eſſem ni non tā temporancum aliquod, quam perenne immortaleque quà licet, gratitudinis monumentum erga Dignitatem ſuam erexiſſem, quod non minus mea obſeruantiæ argumentum eſſet quam ſuorum meritorum teſtimonium. Deinde. quod

quod materiam illam de hoſpitalitate deſcriberet libellus noſter, quam in miſericordiæ, charitatiſque Chriſtianæ obſequijs diuina Bonitas fundari voluiſſet, à qua Sanctiſſimus ordo veſter, & ampliſſima D. Ioannis ad S. Cordulam Commenda dimanauit. In hoſpitalitate namque primitus ordo veſter cœpit, progreſſus eſt, & incrementum ſumpſit, ne Timonium genium inducere aut μισάνθρωποι *id eſt hominum oſores eſſe, vt noctua & veſpertiliones iucundiſſimæ lucis, diceremini. Præterea, vt illam Ordini veſtro, domuique ampliſſimæ veræ hoſpitalitatis ideam reddere incipiat Dignitas veſtra, quam ex ſanctiſſimorum morũ inſtituto hactenus ſanctiſſimus ordo veſter vſitauit, pergatq; domũ illam quam penè lateritiam accepit, vt de Româ ab Auguſto renouata ſcribit Suetonius, auream reddere: quod fama ipſa de Tua D^tie. teſtatur, & laudatiſſima illa per fideliſſimos ſuos officiãtes te viam ſignante tẽperantiæ, religioſæq; modeſtiæ, ac diſciplinæ Iſagoge ſeu introductio manifeſtat. Icçirco etiam, cum tua Digni-*

tas Prioratu decederet, talem tantumque virum ad eandem reuocaſti, qui modeſtia, pietate, & eruditione ſingulari tua poſita veſtigia feliciſsime ſectaretur, & præclaros itidem virtutũ ſuarum tecum in omnes radios ſpargeret. Quare ab vtroque veſtrum vereſcunda fronde peto, vt hanc qualemcunque opellam meam ſic gratanter accipere velint, quemadmodum ego gratanter obtuli, vt teſſeram hoſpitalitatis mutuam & amœbæam hic ſtatuentes, Chriſtianarum virtutum exercitys amicitia noſtra coeat, & miſericordiæ corporalis ſpiritualiſque conteſſeremur operibus, quæ & ſint mihi ſyncerum precium quo fauorem veſtrum beneuolentiamque coemam, & certiſsimum pignus, quo virtutum veſtrarum humanitatiſque theſaurum æternum oppignerem. EX Muſæo meo ad D. Cunibert. anno 1613. ad d. 22. Martii.

Varum dignitatum in Chriſto
ſeruus,
Ioannis Mateneſius S.S. Th.
Licentiatus Hiſtor. ac Græcæ linguæ Profeſſor.

ARAE

ARÆ BVSIRIDIS

ſiue

SYNTAGMATIS CRITICI DE HOSPITALITATE ET CONTESSERAtione Chriſtianorum quorundam inhoſpitali.

CAPVT I.

Deo hominibusq; inhoſpitales diſplicere, & grauibus ſubinde pœnis affectos eſſe, & de hoſpitalitate Iudæorum.

TAMETSI anxius animi hactenus fuerim, quo potiſſimum ſtylum meum conuerterem, cum hac ſuſceptâ mea ſcribendi prouinciâ multis ſtomachum mouerem; euicit nihilominus nouitia quædam & in foribus, nata hoſpitalitatis filia degenere, ob cognationem affinitatemque, quam cum ſuperioribus à me vtcunque iugulatis perpotationibus perperam contraxit. Neque enim tanti quiſquam ingenij, aut paraſiticæ indolis eſt, vt omnibus

place-

çere poſſit. *Si enim omnibus placerem, ſeruus Chriſti non eſſem*: inquit Apoſtolus. Suadebat aliquando vatidica quædam antiſtita, ait Philoſophus, filio ſuo ne ad populum audiendi Oratoris cupidum verba faceret, fore vt illum ſuſcepti laboris pœniteret. *Nam ſi iniuſta ſuaſeris, habebis Deos inimicos: ſin iuſta ſuaſeris, homines.* Filius vt erat acri ingenio, illico maternũ dilemma retorſit, inquiens, *Si iuſta ſuaſero, Deos amicos, ſin vero iniuſta, homines me habiturum ſcio*; eiſdem armis ad proſequendum ſuum propoſitum vſus, quibus eum Mater deterrere nitebatur. Nimirum vtrinque docetur, ſaltem te non omnium palato quicquid ſiue dixeris ſiue ſcripſeris facere ſatis poſſe. Vetus prouerbium eſt, nihil eſſe, quod omnibus placeat, præter vinum & placentam, quæ tamen pleroſque mortalium faſtidire notum eſt. Cæterum frons contrahenda non eſt, nec ignaua in ſinu dextera recondenda, dummodo iuſta eo fine ſuadeantur, vt illa faſtidientibus ſanior mens inſeratur. Quis enim cordatus æquo animo babaram Chriſtianorum hoſpitalitatẽ ferat? Quis belluinam inhoſpitalitatem in conuiuijs amicorumque congreſſibus monſtroſis ſeu hoſpitalium craterũ exinanitionibus ſuſtineat? Non hoſpitalis vtique dicendus qui

Ariſt. li. 2. Rhetoric.

Hoſpitalitas illa Germanorũ eſt inhoſpitalitas.

qui inhoſpitalibus Scythis eſt immanior. illi corpus homini eripiunt, tu amico adeo familiari tibi & domeſtico vitam ſalutemque impie extorques. Tametſi enim hoſpitalitatis, Chriſtianæque charitatis pallium videaris prætendere, nihilominus talis, qualem nuſquam gentiũ, terrarumque reperire queas, eſt inhumanitas. Amicitiæ poculum fauorabile eſt, Philotheſius crater ſiue hoſpitalis fauorabilis: neque tamen talis exhiberi amico debet, ex quo vinum indignationis diuinæ, & compunctionis, damnatorumq; bibatur. Non hoſpitalem menſam, ſed Buſiridis aram crudeliſſimam domum tuam rite vocaueris. Scio ego & omnes lumine rationis quali quali præditi mecum, Deo inuiſam eſſe illam in humanitatem quæ in iure hoſpitij negando occupetur. Ideo plerique Rabbinorum illius mentis fuerunt, teſte Lyrano, Sodomitas igni cælitus demiſſo conflagraſſe, quod angelis duobus per ſummum ſcelus abuti, menſæque communionem negare præſumpſerint, & in ſtatuam ſalis conuerſam Lothi coniugem, quod malignitate quadã animi faſcinata, & Sodomiticis afflata moribus Angelis noctu in domo ſua accubantibus Salem non appoſuerit. Neque tamen eiuſmodi humanitatem & affabilitatem, quæ

Exē. 14. In cap. 19. Geneſ. Nic. de Lyra.

diuinis,humaniſque rationis item ac puræ naturæ legibus aduerſetur, repoſco. Britanni olim ante Chriſti tempora, vt apud omnes in confeſſo eſt,in hoſpitalitatis vitio laborarunt, vt explicate Venuſinus vates ad Calliopen carminum ſuorum patronam ait *a*.

Viſam Britannos hoſpitibus feros.

Quod *b* Strabo Geographus,*c* Solinus Polyhiſtor, itemque alij confirmant. In quam claſſem etiam *d* Tauri ſeu Caucaſi accolæ, Pontici item populi ab Arnobio peruetuſto Chriſtiano ſcriptore rediguntur:*e* A Plutarcho pleriq; Italiæ Siciliæq; indigenæ eodem ſtigmate notantur.Lacedæmonij quoque & Thebani à Dionyſio Halicarnaſſeo & *f* Tacito, Apolloniatæ à *g* Philoſtrato, A Eliano *h* & alijs;Carthagineſes à Strabone;Scythæ ab eodē & Herodoto eiusdem criminis arguuntur. Denique idem Geographus tradit omnibus pene barbaris populis illam connatam innatamque feritatem fuiſſe, ab limitibus prouinciarum ſuarum arcere procul & propulſare peregrinos.Hac noſtra tempeſtate idem Indicæ hiſtoriæ commentator de Sinenſibus refert,quamquam iam nunc ſuſcepta hinc inde Euangelij per Apoſtolos æui noſtri luce, cum tenebris infidelitatis etiam barbariem illam aduerſus aduenas

a 3. Car. ode.

b 4 Strabo li. 4. Geog.

Sol. c. 34.

c li. 8. cōtra gentes

d In paralle. u

e li. 2. hiſt.

f li. 11. Ann.

h li. 13. var. Hiſtor

g li. 6. vita Apoll.

uenas

uenas abijciant. In Ægyptios inhoſpitalitas ſimilis incredibili calamitate metuendas plagas accerſiuit, vt ex altero Moſis libro pateſcit ac Sapientia, à quibus multā impietatem contagione quadam contraxerunt Hebræi moreſque barbaros combiberunt. *Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem instituerunt, alij quidem ignotos non recipiebant aduenas: alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redgebant*. Et quia tales Hebræi haud immerito ſubinde iuſtis à Deo pœnis exerciti fuerunt. In hoſpitalitas ergo inimica Numini eſt, κακοξενία inprimis, quod humanæ ſocietatis arctiſſimum vinculum interrumpat, & illam, quæ ad mutuam familiaritatem plurimum & fouendam conſeruandamque facit, virtutem miſerè peſſundet. Jam quicūque mortalium illam inhumanitatem induerunt, ij nec egenorum pauperumque curam in ſe ſuſcipiunt neque peregrinos aduenaſque paſcunt, neque ſanguinis virtutumque nexibus coniugatos ad frugalem eduliorum ſumptionem admittunt. Hinc rectè Plato Sapientiſſimus eos ob illam barbaricam in hoſpites indolem ex hominibus ſecernens, non homines, ſed Nili pecora appellauit. Præterquam enim quod finibus ſuis receptos turpiter exturbabant, etiam ingredi cupientes

Sapient. 18. v. 13. 14.

Plato lib. 2. de legib.

entes

entes arcebant,& deridicule naſo ſuſpendebant,aut ſub colore hoſpitalitatis exitium extremum intentabant. Nec immerito ſtomachatos fuiſſe Apoſtolos Iacobũ ac Iohannem quis dixerit,cum Samaritanos adeo barbaros inueniſſent,quod ſeruatorem noſtrum ſalutis illorum amantiſſimum recipere recuſaſſent.

Luc 9. cap. V. 53.

Inhoſpitalitatis apicem autem illi in India Occidentali populi hoc noſtro æuo quos Anthropophagos vocāt, tenere viſi ſunt, quibus non minus domeſticos & conſanguineos & parentes ipſoſmet trucidare quam hoſpites paſſim iugulare aduerſus naturæ rationiſque connatam legem ſolemne eſt. Ad Tauroſcytharum crudelitatem partim prolapſi, quos in deteſtandæ Dianæ gratiam hoſpites immolaſſe accepimus, vti eorundem ſanguine innocenti Buſiridis inprimis aras, nataſſe menſas Lycaonis, Geryonis Caci aliorumq; antra famoſorum latronum cruentata fuiſſe in fabulis refertur. Quod vero plerique illam Iahel in Iudicum libro Haber Cinæi coniugem inhoſpitalitatis ream agant, vbi Siſaram Chananæum caſtris ab Iſraelitis exutum & acie cæſum ab Barac Principe tabernaculo ſuo excepiſſet, clauoque per tempora depacto, velut Amazonia quæpiam virago

1. Metamorphoſ.

Iud. 4.

exani-

exanimaſſet, hoſpitij fœderiſque iure ac teſſera violatis, non eſt quod multum laborent, cum diuinâ id diſpenſatione factum ibidem doceamur *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit: in manu quippe mulieris tradetur Siſara*, meticuloſo Barac exprobrabat Debora: idemque in Epinicio triumphatis hoſtibus repetebat: *Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinai, & benedicatur in tabernaculo ſuo &c.* quandoquidem non minus Spiritus Sancti afflatu ad hoc adoriendum deducta eſt, quam caſtiſſima Iudith ad Holofernem detruncandum proceſſit.

Rectiſſime ſane, cum adeo fœda res ſit vitium contrariũ, à Theophraſto, Cicerone referẽte laudata fuit hoſpitalitas. Eſt enim vt mihi videtur, valde decorum patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus, idque etiam Reip. eſt ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe noſtra non egere. Diuus item Ambroſius ijsdem elogijs virtutem hanc ornat. Commendat inquit, pleroſque hoſpitalitas. Eſt enim publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officioſe, pateat aduenienti ianua. Hinc pleriſque vſu venit, vt dum vel pauperes vel aduenas vel amicos hoſpitio receperint, & angelos Dei ipſum

Cic. 2. offic.

Ambroſ. 2. offic. c. 21.

ipſumqueSeruatorem noſtrum hoſpitio meruerint recipere,vt non modo virtutis pulchritudine elegantiſſimâ ad hoc præſtandum prorumperent, ſed etiam miraculis in officioſis hoſpitalitatis obſequijs exhibendis obfirmarentur. Ideo Apoſtolus appoſite ait: *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hanc enim quidam placuerunt Angelis hoſpitio receptis.* Abrahā nominatim & Loth. Ille enim in tabernaculi ſui oſtio,ſole in Horizontis medio cōſtituto ſedit,& in occurſum trium peregrinorū euolauit(notate morē hoſpites tractandi)&primum ijs adoratis ne ſe prçterito alibi hoſpitarentur rogauit,dein aquam ad pedes eluēdos afferri iuſſit,& ſub pergula arborea,forſitan ex ficu aut vite fabricatâ, vt pro more habebant Iudæi & patet ex libr is Regum , captandæ quietis locum aſſignauit:præterea Saræ coniugi vt ſimilæ tria ſata commiſceret,faceretq; ſubcinericios panes imperauit,vitulum quoque ſaginatum in eorum illico gratiam mactauit: denique coctum cum lacte ac butyro appoſuit,non vti Dominus accubās cum ijs,ſed veluti verna aliquis, aut atrienſis ſeruus aſſiſtens. Loth humanitatis exercitio nequaquā inferior in foribus ciuitatis etiam Sole declinante ſedit,viſiſque peregrinis obuiam proceden-

Heb. 13.

Geneſ. 18.

Abrahami hoſpitalitas

Geneſ. 10.

dens adorauit eos *pronus* in terram, inquiens: *Obſecro declinate in domum pueri veſtri & manete ibi: lauate pedes veſtros & mane proficiſcemini, &c. Compulit autem illos vt diuerterent ad eum ingreſſuſque domum fecit conuiuium coxitque azyma & comederunt*. & quod caput hoſpitalitatis eſt, etiam cum ſuarum filiarum oblata devirginatione eosdẽ ab prodigioſa Sodomitarum libidine defenſauit, iniuriarum immunitatem in hoſpitibuscorporumrefectionibus anteponens. Quapropter ad Iſraelitas per Moſen ait: *amate peregrinos, quia & ipſi aduena fuiſtis in terra AEgypti*. Eandem Sanctimoniam Gabaonites ille ſenex erga Leuitam Ephratæum ab omnibus hoſpitij communione excluſum exhibuit, dũ aſinos pauit, puerum, vxorẽ, Leuitamque menſę adhibuit, omnibus neceſſarijs prębitis, aduerſum Sodomiticam Gabaonitarum Venerẽ tutatus eſt, incaſſum tamen, dum illi execranda libidine omnium ſeculorum apud Hebræos memoriam ſuperarunt. Nec his Laban Socer Iacobi, nec Iacobus ipſe gener, nec Iob patientiſſimus in veteri teſtamento ceſſerunt. Hic enim ait: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de Carnibus eius vt ſaturemur. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum*

Deu. 10. v. 19.

Iud. 19.

Gen. 24.
Iob 31. v.

um viatori patuit. In eandem quoque virtutis poſſeſſionem ſub noua lege Zachæ-
Luc. 19. us, in actis Apoſtolicis Simon Coriarius,
Act. 10. Philippus, Publius, Caius alijque innu-
Act. 21. & 28. Ioan. 3. meri veniunt, apud quos qua Chriſtus
v. 6. qua Apoſtoli & pernoctando & diurnando hoſpitaliter habiti ſunt, Nec ſexui fæmineo in hac palæſtra eiuſdem virtutis laurea denegata fuit, quæ dum hoſpitium Prophetis, Sanctorumque domeſticis præbuerũt, in Sanctorum prophetarumque tribum optatiſſimam aſſcitæ ſunt;
Ioſu. 2. Rahab illa Hierichuntina, ab excidio
3. Reg. 17. eiuſdẽ vrbis ſeruata Genealogiæ Chriſti Sanctarumque fæminarum catalogo interſeri meruit. Vidua illa Sareptana Eliæ Prophetæ Thaumaturgi interuenientibus meritis, & acerbæ mortis euaſit impetus, & vnigeniti ſui iteratam vitam ho-
4. Reg. 4. ſpitalitate ſua impetrauit. Sunamitis haud minus hoſpitalis olei deficientiam, miraculoſa affluentia, filijque inexpectatum funus admirabili vita commutari per Heliſæum ſenſit. Quid Martham, quid Ly-
Luc. 18. diam purpurariam aliasque Matronas
Act. 16. Chriſto Seruatori noſtro, eiuſque legatis de facultatibus ſuis miniſtrantes commemorem? quibus longe magis in votis fuit carere diuitiis, quam huiuſce virtutis armis deſtitui: Apoſtolus etiam eiuſmo-
di vi-

di viduam vult ad miniſteria ſanctorum quotidiana eligi, quæ bonorum operum teſtimonium habeat, quæ hoſpitalis ſit, quæ ſanctorum pedes lauerit, quæ tribulationē patientibus ſua ſubminiſtrauerit, quę varijs virtutum exercitijs ſeſe diſtinuerit. Hęc ideo largius adduxi quod digito intendere fontes, & ad amœna ſcripturarum remittere quoſuis velim. Non enim dubium cuiquam ſuboriri debet, illos commemoratos ex indubitata Spiritus S. manuductione efficacem gratiam ſubinde perſenſiſſe, nec tam hominem quam Angelum ἀνδροειδῆ, aut etiam Chriſtum ipſum peculiariter excepiſſe. Hinc Ambroſius adducto loco ab exemplis tum Abrahami tum Lothi ſubnectit. *Vnde & ſcis tu cum hoſpitem ſuſcipis, ſuſcipias Chriſtum*. Et Auguſtinus. *Diſce Chriſtiane* ſine diſcrimine exhibere hoſpitalitatem, ne forte cui tu domum clauſeris, cui humanitatem negaueris ipſe ſit Chriſtus. Quod ex D. Gregorij vita adeo patet, vt nemini ignotū ſit eidem Chriſtū Dominū in peregrini pauperiſque ſpecie in die cœnæ Domini menſæ accubanti apparuiſſe. Quæ vero obſequia in illa hoſpitalitate delata amicis fuerint, ex Luca Euangeliſta cognoſcimus, vbi Magdalenæ conuerſionem percenſet. Præter namque epulares lautias delica-

Ambroſ. 1. offic. cap. 21. Auguſtin.

Luc. 7. cap.

tosque ferculorum miſſus etiam animum requirit Seruator hilarem, eiuſq. externa, non ſimulata indicia accubationis epularis præambula depoſcit. Nimirum quod Simon leproſus aquam pedibus non dederit, peccatrix vero ab ingreſſu lacrymis eos irrigarit, quem morem primus Moſes li-
Gen. 18. & 19. ber duobus in locis attingit. Deinde oſculatus eum non fuerit, hæc vero oſcula innumera pedibus figere non deſtiterit, vt in primitiua Eccleſia feciſſe quoque fideles memorantur, exhortante Apoſtolo,
Rom. 16. *Salutate inuicem in oſculo ſancto*, & Iudas proditor Magiſtro ſuo, perduelli more illud perrexit. Denique oleo caput eius non vnxit; illa verò ex quo ſuam pœnitentiam auſpicata eſt, vnguento ſanctiſſimum verticem perfudit, quod vtique illud ole-
Psal. 4. um lætitiæ fuit, quo præ conſortibus ſuis inunctum Meſſiam noſtrum pſalmographus teſtatur.

CAPVT

CAPVT II.

De hoſpitij iure, quod Homeri ſeculo viguit ex eodem.

AELIANVS inſignis hiſtoricus hoſpitem hirundini comparat, quæ amœni veris grata nuncia, ex inſtinctu naturæ aduolat ad nos, & vbi eodem ſuggerente diſceſſum cogitat, à nemine violente, detinetur: perinde cum hoſpite tuo tibi agendum eſt. *AElian. li. 1. cap. 52.*

Rectè Homericum illud quibuſdam ſympoſiarchis, dixiſſem ferè ganeonibus, obtruſeris, quorum in hoc genere impotens tyrannis rationis regulam prætergreditur.

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν *Homerus Odyſſ. ο.*

Præſentem hoſpitem honorare oportet, & abire cupientem dimittere, cum non modo exitu amicum prohibent; verum etiam valuas oſtiaque paſſim oppeſſulãt, vt citius ex ahenea turri Danaen, quã ex propylæis, auliſque potentiorum conuiuã ſubtraxeris. Quis vnquã illam importunitatẽ apud quenquã Græcorũ, aut Romanorum vel legit, vel vidit vnquã, in quã Chriſtiani noſtri hoc ſeculo paſſim impingũt? Et quidẽ meo iudicio, ab eo tẽpore

quo hæreſes inualuerunt in Germania il-læ execrabiles crapulæ etiam dominari cœperunt. Nō enim vllum remedium ali-ud vulneratæ conſcientiæ ex amiſæ religi-onis deſpectu afferre poterant, niſi cum Luthero, Caluino alijsque hęreticis perdu-ellionis parentibus, ad vinaria illa domi-lia in poculis ſomniferis, hoſpitalibus, ſanc-tatis auctoribus & fraternitatis mutuæ cōſiſtentia, tranſuolaſſent. Benefactorum memoria periucunda ſe conſolari nequi-bant, ad conſopiendos conſcientiæ ignes vino opus erat, vt cum religionis veritate careant, ſaltem in capacium poculorum conflictu nequaquam cederent, prædam-que referrent. Præterea neque ab eorum contubernijs ha bibendi inſaniæ exulant,

Iuuenal. Saty. 13. *quos diri conſcia facti*
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

nimirum vt peſſimorum facinorum te-ſtem conſcientiam turpiter obruant, & cum velut reos noctu & interdiu pedan-guat admiſſorum, ebrietate obſtupefacta

Sapient 17. memores aculeos eius obtundant. *Quippe cum timida ſit nequitia, dat teſtimonium con-demnationis. Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia.* ait Sapiens Ipſas ait ph losophus

Senec. Epiſt. 97. Latinus *nequitia tenebras timet. Proprium eſt nocentium trepidare.* Ideo Venuſinus in domeſt co

domeſticas haſce carnificinas per vinum tolli canit.

Curas edaces diſſipat Euhyus

quod Bachi etiam epitheton eſt. Quamobrem in Deum maxime iniurij ſunt illi quos nec hæreſis fatali contagione corripuit, nec vindices ſcelerum Furiæ in conſcientia perpetim exagitant, quod ad execrabiles illas perpotationes cum infamibus iſtis helluonibus transferant. Nihilominus inſpicienda antiquitas eſt, indeque eiusmodi hoſpitum tractandorum genuina forma (tametſi in cæcis gentilitatis tenebris obſcurarentur, ſolo naturæ lumine contenti,) ad Chriſtianum etiam pudorem eſt traducenda.

Horatius.

Imprimis enim fæcundiſſimus ingeniorum pudicorumque morum fons Homerus omnibus abſolutam numeris ideam hoſpitalitatis in odyſſea proponit, nec eiusdem librum vllum ſine peculiari eiusdem mentione modoque pertexit. Et licet potiſſimum in ſcopum illum quem nobis præfiximus non collineant, nihilominus barbaram illam capaciſſimorum poculorum protheſin nequaquam docebunt. Nam primus liber Odyſſeæ Telemachi hoſpitalitaté erga Mineruam complectitur, cum Mentoris habitum geſtamenque, qui Rex Paphiorum erat, indu-

Græcorum hoſpitalitas primum ex odyſſ. Homerica deducta.

Odyſſ. lib. 1.

ta eſſet. Quartus & 15. ſingularis hoſpitalitatis teſtis eſt, qua Menelaus Telemachum & Piſiſtratum ad ſe venientes hum. proſecutus. Tertius Neſtoris natorumque eius humanitatem, quam in Mineruam habitum Mentoris mentitā Telemachumque contulerunt, exhibet. Quintus, quomodo Calypſo naufragum Vlyſſem, Deorumque Caduceatorem Mercurium ad ſe miſſum humaniſſime tractarit delineat. Sextus Nauſicaæ, ſeptimus & aliquot ſequentes Alcinoi Regis Phæacū, Decimus quartus & aliquot ſequentes Eumæi Paſtoris, nec non Telemachi & Penelopes hoſpitalitatem eximiam, qua omnes erga Vlyſſem peregrinum mendicique centone coopertum, vſi ſunt. Vel in decimo quarto quoque prolixus diſcurſus fit de Rege Theſprotarum, qui naufragum Vlyſſem hoſpitio excepit, veſtiuit inueſtem, & famelicum ſaturauit. Ilias etiam tametſi bellicoſum Principem deſcribat, eximia hoſpitalitatis argumenta tradit. In Agamemnone erga Achillem, in Iobate Rege erga Bellerophontem, aliisque memorabilibus heroibus, quos percenſere longum eſſet. ad officia hoſpitalitatis nunc tranſeamus.

Hoſpitalitas ex Iliade.

Officia hoſpitalia.

Primum quidem ſalutandi hoſpites ſunt, quæ partim verbis, partim geſtibus

manu-

manuumque dexterarum amplexu fieri conſueuit, id multis locis apud Maronem & Homerum legimus. De Telemacho quidem Mineruam excipiente. *Odyſs. A.*

ἐγγύθι δὲ ςάς
χεῖρ' ἕλε δεξιτερὰμ.
& proximus aſtans,
Dextram amplexatur.
Palladis ſcilicet.

Et Maro de Pallãte Euãdri filio agẽs canit *AEneid. 9.*
dextram amplexus inhæſit

Et Tullius eo alluſiſſe videtur, cum ſic pro Deiotaro perorat. *Per dextram te iſtam oro, quam Regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, hanc inquam dexteram non tam in bellis & prælijs, quam in promiſſis & fide firmam.* *Cicero pro deiotare.* Vnde etiam apud Lingones populos, teſte Alexandro, dexteræ effigies hoſpitalitatis ſymbolum fuit. *Alexand. ab Al. lib. 5. c. 3.* De ſalutationibus ore tenus faciendis quid dicendum ſit, omnibus notum eſt. *Senec.* Si enim in verbis vel in officijs hoſpitalitatis ſeſe præberent difficiles, tum ingratitudinis crimen ſeſe incurrere, tum vero Hoſpitalis Iouis indignationem ſe prouocare metuebant, Vt Menelaus ſeruum ſuum Etenoum ob Telemachũ Piſiſtratumque hoſpites remiſſius exceptos perſtringit. Præterea in domum preeuntes introducebant, item feſſos mollibus ſedilibus ad focum collocabãt, præ-

ipſumque Seruatorem noſtrum hoſpitio meruerint recipere, vt non modo virtutis pulchritudine elegantiſſimâ ad hoc præſtandum prorumperent, ſed etiam miraculis in officioſis hoſpitalitatis obſequijs exhibendis obfirmarentur. Ideo Apoſtolus appoſite ait: *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hanc enim quidam placuerunt Angelis hoſpitio receptu.* Abrahã nominatim & Loth. Ille enim in tabernaculi ſui oſtio, ſole in Horizontis medio cõſtituto ſedit, & in occurſum trium peregrinorũ euolauit (notate morẽ hoſpites tractandi) & primum ijs adoratis ne ſe præterito alibi hoſpitarentur rogauit, dein aquam ad pedes eluẽdos afferri iuſſit, & ſub pergula arborea, forſitan ex ficu aut vite fabricatâ, vt pro more habebant Iudæi & patet ex libris Regum, captandæ quietis locum aſſignauit: præterea Saræ coniugi vt ſimilæ tria ſata commiſceret, faceretq; ſubcinericios panes imperauit, vitulum quoque ſaginatum in eorum illico gratiam mactauit: denique coctum cum lacte ac butyro appoſuit, non vti Dominus accubãs cum ijs, ſed veluti verna aliquis, aut atrienſis ſeruus aſſiſtens. Loth humanitatis exercitio nequaquã inferior in foribus ciuitatis etiam Sole declinante ſedit, viſiſque peregrinis obuiam procedendenden-

Heb. 13.

Geneſ. 18.

Abrahami hoſpitalitas

Geneſ. 19.

dens adorauit eos *pronus* in terram, inquiens: *Obſecro declinate in domum pueri veſtri & manete ibi: lauate pedes veſtros & mane profiſciſcemini, &c. Compulit autem illos vt diuerterent ad eum ingreſſuſque domum fecit conuiuium coxitque azyma & comederunt.* & quod caput hoſpitalitatis eſt, etiam cum ſuarum filiarum oblata deuirginatione eoſdẽ ab prodigioſa Sodomitarum libidine defenſauit, iniuriarum immunitatem in hoſpitibus corporum refectionibus anteponens. Quapropter ad Iſraelitas per Moſen ait: *amate peregrinos, quia & ipſi aduenæ fuiſtis in terra AEgypti.* Eandem Sanctimoniam Gabaonites ille ſenex erga Leuitam Ephratæum ab omnibus hoſpitij communione excluſum exhibuit, dũ aſinos pauit, puerum, vxorẽ, Leuitamque menſę adhibuit, omnibus neceſſarijs prębitis, aduerſum Sodomiticam Gabaonitarum Venerẽ tutatus eſt, incaſſum tamen, dum illi execranda libidine omnium ſeculorum apud Hebræos memoriam ſuperarunt. Nec his Laban Socer Iacobi, nec Iacobus ipſe gener, nec Iob patientiſſimus in veteri teſtamento ceſſerunt. Hic enim ait: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de Carnibus eius vt ſaturemur. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum*

Deu.10.v.19. *Iud.19.* *Gen.24.* *Iob 31.v.*

um viatori patuit. In eandem quoque virtutis poſſeſſionem ſub noua lege Zachæus, in actis Apoſtolicis Simon Coriarius, Philippus, Publius, Caius aliique innumeri veniunt, apud quos qua Chriſtus qua Apoſtoli & pernoctando & diurnando hoſpitaliter habiti ſunt, Nec ſexui fæmineo in hac palæſtra eiuſdem virtutis laurea denegata fuit, quæ dum hoſpitium Prophetis, Sanctorumque domeſticis præbuerũt, in Sanctorum prophetarumque tribum optatiſſimam aſſcitæ ſunt; Rahab illa Hierichuntina, ab excidio eiuſdẽ vrbis ſeruata Genealogiæ Chriſti Sanctarumque fæminarum catalogo interſeri meruit. Vidua illa Sareptana Eliæ Prophetæ Thaumaturgi interuenientibus meritis, & acerbæ mortis euaſit impetus, & vnigeniti ſui iteratam vitam hoſpitalitate ſua impetrauit. Sunamitis haud minus hoſpitalis olei deficientiam, miraculoſa affluentia, filijque inexpectatum funus admirabili vita commutari per Heliſæum ſenſit. Quid Martham, quid Lydiam purpurariam aliasque Matronas Chriſto Seruatori noſtro, eiuſque legatis de facultatibus ſuis miniſtrantes commemorem? quibus longe magis in votis fuit carere diuitiis, quam huiuſce virtutis armis deſtitui. Apoſtolus etiam eiuſmodi vi-

Luc.19. Act.10. Act.21.& 28. Ioan.3. v.6.

Ioſu.2.

3.Reg.17.

4.Reg.4.

Luc.18. Act.16.

di viduam vult ad miniſteria ſanctorum quotidiana eligi, quæ bonorum operum teſtimonium habeat; quæ hoſpitalis ſit, quæ ſanctorum pedes lauerit, quæ tribulationẽ patientibus ſua ſubminiſtrauerit, quę varijs virtutum exercitijs ſeſe diſtinuerit. Hęc ideo largius adduxi quod digito intendere fontes, & ad amœna ſcripturarum remittere quoſuis velim. Non enim dubium cuiquam ſuboriri debet, illos commemoratos ex indubitata Spiritus S. manuductione efficacem gratiam ſubinde perſenſiſſe, nec tam hominem quam Angelum ἀνδροειδῆ, aut etiam Chriſtum ipſum peculiariter excepiſſe. Hinc Ambroſius adducto loco ab exemplis tum Abrahami tum Lothi ſubnectit. *Vnde & ſcis tu cum hoſpitem ſuſcipis, ſuſcipias Chriſtum.* Et Auguſtinus. *Diſce Chriſtiane* ſine diſcrimine exhibere hoſpitalitatem, ne forte cui tu domum clauſeris, cui humanitatem negaueris ipſe ſit Chriſtus. Quod ex D. Gregorij vita adeo patet, vt nemini ignotũ ſit eidem Chriſtũ Dominũ in peregrini pauperiſque ſpecie in die cœnæ Domini menſæ accubanti apparuiſſe. Quæ vero obſequia in illa hoſpitalitate delata amicis fuerint, ex Luca Euangeliſta cognoſcimus, vbi Magdalenæ conuerſionem percenſet. Præter namque epulares lautias delica-

Ambroſ. 2. offic. cap. 21. Auguſtin.

Luc. 7. cap.

toſque ferculorum miſſus etiam animum requirit Seruator hilarem, eiuſq; externa, non ſimulata indicia accubationis epularis præambula depoſcit. Nimirum quod Simon leproſus aquam pedibus non dederit, peccatrix vero ab ingreſſu lacrymis eos irrigarit, quem morem primus Moſis liber duobus in locis attingit. Deinde exoſculatus eum non fuerit, hæc vero oſcula innumera pedibus figere non deſtiterit, vt in primitiua Eccleſia feciſſe quoque fideles memorantur, exhortante Apoſtolo, *Salutate inuicem in oſculo ſancto*, & Iudas proditor Magiſtro ſuo, perduelli more illud perrexit. Denique oleo caput eius non vnxit; illa verò ex quo ſuam pœnitentiam auſpicata eſt, vnguento ſanctiſſimum verticem perfudit, quod vtique illud oleum lætitiæ fuit, quo præ conſortibus ſuis inunctum Meſſiam noſtrum pſalmographus teſtatur.

Gen. 18. & 19.

Rom. 16.

Pſal. 4.

CAPVT

CAPVT II.

De hoſpitij iure, quod Homeri ſeculo viguit ex eodem.

AELIANVS inſignis hiſtoricus hoſpitem hirundini comparat, quæ amœni veris grata nuncia, ex inſtinctu naturæ aduolat ad nos, & vbi eodem ſuggerente diſceſſum cogitat, à nemine violente, detinetur: perinde cum hoſpite tuo tibi agendum eſt. *Aelian. li. 1. cap. 52.*

Rectè Homericum illud quibuſdam ſympoſiarchis, dixiſſem ferè ganeonibus, obtruſeris, quorum in hoc genere impotens tyrannis rationis regulam prætergreditur.

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν *Homerus Odyſs. θ.*

Præſentem hoſpitem honorare oportet, & abire cupientem dimittere, cum non modo exitu amicum prohibent; verum etiam valuas oſtiaque paſſim oppeſſulãt, vt citius ex ahenea turri Danaen, quã ex propylæis, auliſque potentiorum conuiuã ſubtraxeris. Quis vnquã illam importunitatẽ apud quenquã Græcorũ, aut Romanorum vel legit, vel vidit vnquã, in quã Chriſtiani noſtri hoc ſeculo paſſim impingũt? Et quidẽ meo iudicio, ab eo tẽpore

quo hæreſes inualuerunt in Germania illæ execrabiles crapulæ etiam dominari cœperunt. Nõ enim vllum remedium aliud vulneratæ conſcientiæ ex auitæ religionis deſpectu afferre poterant, niſi cum Luthero, Caluino alijsque hęreticę perduellionis parentibus, ad vinaria illa duella in poculis ſomniferis, hoſpitalibus, Sanitatis auctoribus & fraternitatis mutuæ cõſiſtentia, tranſuolaſſent. Benefactorum memoria periucunda ſe conſolari nequibant, ad conſopiendos conſcientiæ ignes vino opus erat, vt cum religionis veritate careant, ſaltem in capacium poculorum conflictu nequaquam cederent, pedemque referrent. Præterea neque ab eorum contubernijs hæ bibendi inſaniæ exulant, Iuuenal. Sat. 13.

quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum;

nimirum vt peſſimorum facinorum teſtem conſcientiam turpiter obruant, & cum velut reos noctu & interdiu redarguat admiſſorum, ebrietate obliuioſa memores aculeos eius obtundant. Sapient 17. *Quare cum timida ſit nequitia, dat teſtimonium condemnationis. Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia*, ait Sapiens. Ipſas ait philoſophus Latinus, *nequitia tenebras timet. Proprium eſt nocentium trepidare.* Senec. Epiſt. 97. Ideo Venuſtius vires domeſt ca-

domeſticas haſce carnificinas per vinum tolli canit.

Curas edaces diſſipat Euhyus

quod Bachi etiam epitheton eſt. Quam obrem in Deum maxime iniurij ſunt illi quos nec hæreſis fatali contagione corripuit, nec vindices ſcelerum Furiæ in conſcientia perpetim exagitant, quod ad execrabiles illas perpotationes cum infamibus iſtis helluonibus transferant. Nihilominus inſpicienda antiquitas eſt, indeque eiusmodi hoſpitum tractandorum genuina forma (tametſi in cæcis gentilitatis tenebris obſcurarentur, ſolo naturæ lumine contenti,) ad Chriſtianum etiam pudorem eſt traducenda.

Horatius.

Imprimis enim fæcundiſſimus ingeniorum pudicorumque morum fons Homerus omnibus abſolutam numeris ideam hoſpitalitatis in odyſſea proponit, nec eiusdem librum vllum ſine peculiari eiusdem mentione modoque pertexit. Et licet potiſſimum in ſcopum illum quem nobis præfiximus non collineant, nihilominus barbaram illam capaciſſimorum poculorum protheſin nequaquam docebunt. Nam primus liber Odyſſeæ Telemachi hoſpitalitaté erga Mineruam complectitur, cum Mentoris habitum geſtamenque, qui Rex Paphiorum erat, induta eſ-

Græcorum hoſpitalitas primum ex odyſſ. Homeri deducta.

Odyſſ. lib. 1.

manuumque dexterarum amplexu fieri conſueuit, id multis locis apud Maronem & Homerum legimus. De Telemacho quidem Mineruam excipiente.

ἐγγύθι δὲ ϛὰς
χεῖρ' ἕλε δεξιτέραμ.
& proximus aſtans,
Dextram amplexatur. Odyſs. A.

Palladis ſcilicet.

Et Maro de Pallāte Euādri filio agēs canit AEneid 9.

dextram amplexus inhæſit.

Et Tullius eo alluſiſſe videtur, cum ſic pro Deiotaro perorat. *Per dextram te iſtam oro, quam Regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, hanc inquam dexteram non tam in bellis & prælijs, quam in promiſſis & fide firmam.* Vnde etiam apud Lingones populo, teſte Alexandro, dexteræ effigies hoſpitalitatis ſymbolum fuit. De ſalutationibus ore tenus faciendis quid dicendum ſit, omnibus notum eſt. Si enim in verbis vel in officijs hoſpitalitatis ſeſe præberent difficiles, tum ingratitudinis crimen ſeſe incurrere, tum vero Hoſpitalis Iouis indignationem ſe prouocare metuebant. Vt Menelaus ſeruum ſuum Etenoum ob Telemachū Piſiſtratumque hoſpites remiſſius exceptos perſtringit. Præterea in domum ingreuntes introducebant, item feſſos mollibus ſedilibus ad focum collocabāt, præ-

Cicero pro Deiotaro.

Alexand. ab Al. lib. 5. c. 3.

Senec.

Odyſſ. 7. ſertim ſi ſuppetiarum ferendarum cauſſa, eoſdem adijſſent. Vlyſſes namque ad Alcinoum introductus in cineribus humi ſedit, Regiſque auxiliarem manum depoſcit, ac optimatum eius Echeneus nobilitate, prudentia & eloquentia præcipuus inter Phæaces ſic Regem caſtigat.

Alcinoe haud quaquam fas eſt, nec dictat honeſtas,
Hoſpes vt in vili procumbat ſede fauillæ.
Quin facis, erectum vt capiat argentea ſedes.
Diſtincta clauo, &c.

Qui extemplo prehenſum dextera Vlyſſem ſuſtulit à foco, & in ſplendida ſede collocauit. Sedit eodem pene modo ad focum Coriolanus, cum à Romanis proſcriptis, apud Actium Tullium Volſcum hoſpitaretur. Item Themiſtocles cum ad Admetum, Moloſsorum Regem confugiſſet. Fuit item in more poſitum in Oriente, & quibuſdam Græciæ plagis vt hoſpitem lauarent & vngerent. Nam cum famulæ Nauſicaæ lotum vnctumque Vlyſſem veniſſent, recuſauit & id officium ſibi met ipſi Vlyſſes impendit. Et Telemachus à Neſtore hoſpitio exceptus lauatur & vngitur.

Odyſſ. 8.

Dein ad epulas hoſpitales progreſſus factus eſt, & non prius curioſis quæſtionibus onerarunt aduenas, quam fames iisdem exempta

empta eſſet, vinoque delibuti animoſius animi concepta depromerent, vt de Bonoſo Imperatore vinoſiſſimo etiam Fl. Vopiſcus refert, quod ex legatis temulentis mandata ipſa, eorumque περιςάσεις ſcitaretur: licet Eliezer verna Abrahami ad Bathuelē miſſus non ante pane appoſito veſci voluit, quam Domini ſui poſtulata retuliſſet. Dij vero apud Homerum ante nectare & ambroſia Mercurium Caduceatorem ſuum diſtendebant, quam quæ in mādatis habebat ijsdem recenſeret: & id quidem aliquando, poſt nonum diem, vt cum Bellerophontem Iobates hoſpitio excepiſſet, decimo demum die eius animi ſenſa exquirit, litterasque videre voluit. Præterea in Alexandro ſeu Paride Priami filio patet apud eundem, qui decimo die rogatus à Menelao tandem Helenam contra ſacroſancta hoſpitalitatis iura abduxit. Cauſſa vero quare potiſſimum iam potu ciboque refectos interrogarent, fuit, quod Athenæo referente, ὁ οἶνος ἔχει πρὸ φιλίαν τι ὁλκικὸν, παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων. id eſt, habet vinum vim attrahendi ad amicitiam animam calefaciens, eamque diluendens effundensque, amicitiā vt ſubnecterent hoſpitalem venerantes, & Iouem hoſpitalem.

Inſuper mollibus eos lectis deponebant ad

Fl. Vopiſcus *Geneſ. 24.* *Athenæus lib. 15. Dipnoſop. initio.*

ad ſomnũ capiendum, vt Alcinous Vlyſſi
Odyſ. η. ſtratũ per famulos curauit apparari, uno &
veſtes ſuppeditabãt, queadmodum Vlyſſi
ignoto Telemachus ad Eumæũ loquens ſe
Odyſ. γ. neceſſaria præbiturum ſpondet, nimirum
chlamydẽ, tunicam, & alia veſtimenta
frameã pedumq; calceamenta, ad nuditatẽ
diuturnis terrarum mariumque erroribus
cõtractã tollendã. Munuſcula etiã ab eius
bus, quę δῶρα ξεινήια vocat poeta, dabãt reci
proca ſubinde & amœbęa Xenia à Martiale
appellata, δια φίλοι ξεῖνοι ξείνοσι διδοῦσιν.
Odyſ. α. *qualia amici hoſpites hoſpitibus largiuntur.*
In eo. n. præcipue dimittẽdi hoſpitis ratio
verſabatur. Sic Telemacho a Menelao datur crater argẽteus, eiusq; vxore Helena veſtis precioſa q̃ Pepl⁹ dicebatur, quippe cũ in ea teſſera hoſpitalitatis antiquitus cõſiſteret, Quantum ad dimiſſionẽ bene habiti hoſpitis attinet, ſingularis apud Poetam eiuſdem ratio præſcribitur, dum volẽtem dimitti vult, non vero inuitum retineri, melleis item verbis compellari, donisque onerari hoſpitalibus, & per præclaros comites honorificè deduci præcipit, eo quidem fine, vt ab procacibus incurſantium iniuriis liberi eſſent hoſpites. Quapropter inprimis receptatoribus hoſpitum curæ fuit, ne qua iniuria proterue afficerentur, quandoquidẽ eorũ ſeſe tutelæ cõmiſiſſẽt. Apparet in Lotho Sodomitarum ab Ange

lis brutã libidinem arcēre, & Telemacho Vlyſſis filio, qui ne Pallas ad ſe diuertens al q ia ignominia aut cõuitiis proſcindere tur à procis illis, ſponſis Penelopes, in peculiari eidē conclaui ſeparatas epulas inſtruxit, vt parentē quoque poſtliminio reducem apud Eumęum paſtorem ſecluſum ab procorum petulantia hoſpitari voluit: tanta hoſpitũ defendendorũ cura. Et quidē ſi quem diſſidiorum contentionumq; auidum vidiſſent, hunc arcere à ſocietate ſua, ſaliſque cõmunione ſolebant, hunc vt hominem nullius frugis declinabant, Homero ἄφρων καὶ οὐτιδανὸς ἀνὴρ appellatus, id eſt inſipiens, nulliuſque vir precij. *Odyſſ. α.* *Odyſſ. π.*

Ideo vota ſolemniaque iuramenta per Iouē hoſpitalē conceperunt, cui Homerus hoſpites, peregrinos, ſupplices & mendicos cordi eſſe fingit, eumq; ſeuerũ hoſpitũ violatorũ vindicē eſſe profitetur, inquiēs,

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάωντε ξένωντε

pręterea per irreprehēſos penateis Vlyſſis, et hoſpitalem menſam ipſis ſacroſanctã iuramēta ediderũt, & quotieſcunq; petulantibus ſæuidictis hoſpitio excepti impeterētur, toties ad iuſtas vindicias hoſpitalē Iouem euocabãt, vt vel morte iniuriãtes plecteret, vel exemplũ in eiuſmodi inhoſpitaleis ſtatueret. Sic Antinous ſcabello Vlyſſem hoſpitem petens diris deuouetur, & Menelaus Iouem vltorem Alexandro, ſeu *Odyſſ. ρ.*

vrbs ſeu familia. Quia vnaquæque vrbs peculiaria habet inſtituta, quæ non damnare: ſed pro virili imitari hoſpites debeant. Clearchus in prouerbijs teſte Athenæo citat hoc prouerbium.

πȣλύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον Ἀμφίλοχ' ἥρως

Τοῖσιν ἐφαρμοτον ὧν καὶ πρὸς δῆμον ἵκηε

id eſt

Polypi ingenio mihi ſis nate Amphiloche heros,
Vt temet populo, quemcunque acceſſeris aptes

caue tamen vt infernum, id in rebus religionis exprimere apud hæreticos.

Hoſpes autem peregre veniens id ſibi curæ ducat imprimis, ne ea, quæ apud Receptatorem ſuum minus placeant carpat, aut non attingendo faſtidiat: ita enim animum alienaret. Et cum fortuito forſan accedit, iura non condat aut præſcribat ipſe, ſed inuenta conſeruet. Turpe autem illud paſſim fuit apud Græcos olim & nunc apud Europæos ſi conuiuator eſſes, nō eſſe vocatum. & tamen accedere. Sic olim Myconios inſulares carpebant Græci, quod tales muſcæ eſſent, qui impudenter ſeſe ingererent ad quaſuis cœnas; & Archilochus Periclem apud Athenæum arguit quod ἄκλητος ſi eſt, non vocatus *Μυκονίων δίκα* id eſt inſtar Myconiorum paſſim ſympoſia captaret. Quod genus hominum apud

pud Comœdos paraſiti vocantur, qui non ſuo ſed alieno ſemper victitarent. Pro coronide denique eorum quæ ex Homero paſſim etiam ab alijs notata produs unus libet hoſpitij & contrahendi & renouandi inſtaurandique morem adnectere, graphicè in perſona Glauci & Diomedis delineatã, vnde hæreditarium illud fuiſſe, adeo vt ad poſteros traduceretur, quiuis intelliget. Nam vbi genus ſanguinemque rogaſſet ex Glauco Diomedes duellaturus, continuo infert hoſpitij ius, quod parẽtes Oeneus & Bellerophontes ſanctè contraxerãt, munera item ac Xenia ad poſterorum perpetuum monumentum prohibita recenſet, ac proinde à mutua cæde ob ſacroſancta auorum fœdera hoſpitalia abſiſtendum iudicarũt. Maro etiam eundem morem attingit, cum ait:

Euryalus phaleras Rhamnetis & aurea bulla
Cingula Tyburti Remulo ditiſſimus olim
Quæ mittit dona hoſpitio cum iungeret abſens
Cedicus.

vbi Seruius ſic commentatur. *Conſuetudo erat apud Maiores, vt inter ſe homines hoſpitij iura mutuis muneribus copularent, vel in præſenti vel per internuncios.* Atque ex Homero hæc, alijſque ad illorum ſeculorum morem demonſtrandum ſufficiant.

CAP.

CAPVT III.

De Græcorum hoſpitalitate.

QVAM Græcorum veterum ex Homero alijſque auctoribus hoſpitalitatem oſtendimus, eãdem ſe è aut officium prorſus conſequenti tem̃pore apud eoſdem̃ obtinuiſſe, manifeſtè deducitur. Et quidẽ vt mira priuatorum hoſpitalitas in mutuis fuit congreſſibus; ſic quoque Rerumpublicarum & vrbium fuit in communi, quæ præſertim in ſalis communione conſiſtebat, ita ex diuerſorum populorum vſu fieri patebit, & iam nunc Æſchinis traditione liqueſcit. Τὲς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας, καὶ τὴν δημόσιον τραπέζαν περιπλεῖστου δὴ φησὶ ποιεῖσθαι. Etenim ciuitatis ſalem, publicamque menſam ait ſe plurimi facere. Quia Euſtathio commẽtante, ſalem apponere hoſpitibus ſolemne erat, priuſquam aliorum ciborum miſſus in mẽſam inferrent, credo quidem illum velut vſitatum & ſacroſanctum amicitiæ ſymbolum eſſe appoſitum. Tritum illud vulgo prouerbium argumẽto ſatis erit, ad hoc euincendum, nimirum ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν oportere. Id eſt, ſalem & menſam non prætereunda, in roborata multorum annorum ſerie

Aeſchines.

Euſtath. Ibad. a. Cel li. 12 c. 1.

ſerie amicitiæ iura, aut recenter inita vio lare præſumas, vt in vita Pythagoræ Dio genes Laertius tradit, & in Hyla Theocritus vbi de Hercule & Telamone loquitur, qui ad menſam ſemper eandem, cœnabant ambo, vt fidi amici. Et apud Euripidem Hecuba Polymneſtoris facinus exaggerans, hoſpitalis etiam menſæ facit mentionem.

Diog. Laert

Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί

Menſa receptus ſæpe communi mihi.

Euripides in Hecuba.

vbi ſobrium ſalem meum ſumpſit. Et illi barbari vt nouæ Hieruſalem ædificationem impedirent, ad ſubſtruendam firmiter aduerſus Iudęos calumniam, hoſpitalitatis ius in comedendo ſale prætendunt, in litteris ad Artaxerxem Regem Perſarũ, *Nos ergo memores ſalis, quod in palatio comedimus. quia læſiones Regis videre nefas ducimus, idcirco miſimus & nunciauimus Regi*, Pythagoras in menſâ ſalem potiſſimum apponendum cenſuit, quod æquitatis ac iuſtitię nos admoneat, ſeruetque ac tueatur quicquid occuparit, & ex liquidiſſimis rebus aqua marique fiat. Origenes aduerſus Celſum Parium quempiam adducit Iambographum, qui Lycomantem inſectatus ſit, quod ſalem & menſam eſſet prætergreſſus, idque in Iudam proditorem detorquet. Et alibi in Matthæum ſic a.t, de eodem

Eſdr. 1. c. 14

li. 2. contra Celſum.

dem. *Neque ſalis eiuſdem, neque menſæ neque panis communicati memor eſt factus.* Hinc ſummam familiaritatẽ inter eos inità ſignificabant, quando circa eũdẽ ſalẽ fabã, aut cuminũ ſumẽda verſarentur, vt Plutarchus in ſympoſiacis problematis oſtendit. Et quãdo ille Octauij Cæſaris iocus occurrit cũ nimis familiarem ſibi eſſe amicum ad frugalem illum cænulam inuitantem, admiraretur; diceretque neſciebam me adeo tibi familiarem eſſe, cogitabis puri ſalis communione crebriore id profectum eſſe, quo frugalis victus notatur. vnde Horatius *Plutar. ſym poſ. probl. decad. & 4 5.* *Auguſti Apophteg.*

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum,

Horatius.

Et in ſermonibus, *Modo mihi ſit menſa tripes, &c.*

Concha ſalis puri.

Quamobrem autem adeo venerata ſalem Græcia fuerit, & diuerſis ſalſæ religionis actibus, ſacrificijsque intermiſcuerit, eſt, quod putrefactionem arceat etiam ab inanimis, & tanquam animæ vice fungatur, qua nihil diuinius homo habere poteſt. Deinde verò hoc diuinum habere dicitur, quod gignendi vim habere credatur, potentiamque naturalem in eo genere expergefaciat atque exacuat, ideoque Veneris proprium epitheton à Græcis poetis *Homerus Plato. Plutarchus hoc teſtantur.*

tributum eſt, quod ἁλιγενῆ ſeu ſaligenam vel marinis aquis natam eſſe appellitent; quippe mare fecunditatem producit, vt patet in marinis nauibus, quæ propter ſalſedinem marinam maximam vim murium gignere dicuntur, item in animantibus marinis, quæ terreſtribus aereisque fœcundiora ſunt, & ad ſtuporem in halecibus experimur, quibus potior habitati orbis portio paſcitur. Hi fere Plutarchi diſcurſus ſunt de ſale ex Homero alijsque & de hoſpitalitate græcanica in ſalis communione ſita, nunc de cæteris excipiendi hoſpites ritibus loquamur.

Vitruuius li. 7 cap. 9. Auguſti ille ingenioſiſſimus Architectus Vitruuius ſic pleroſque attingit. *Cum Græci, inquit, fuerint delicatiores, & opulentiores à fortuna, hoſpitibus aduenientibus inſtruebant triclinia & cubicula cum penu, & cellas, primoque die ad cœnam inuitabant poſtea mittebant pullos, oua, olera poma reliquasque res agreſtes, Ideo pictores ea, quæ mittebant hoſpitibus pictura imitantes Xenia appellauerunt.* Ad quem hoſpitibus *Apuleius li 2. de Aſino aureo.* miſſitandi munera eſculenta morem Apuleius alludit hiſce verbis. *Commodum meridies acceſſerat & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in ætate precioſi.* Et Xenophon, quo- *Xenophon. lib 3. de ἀναβ. κύρ.* que idem teſtatur. *Armenius, inquit, Cyro, eiusque exercitui ξένια miſit, & Trapezuntij Græcos hoſpitio*

hoſpitio exceperunt, donis item hoſpitalibus datis, bubus, vino farina. Sinopenſes Mileſiorum coloni ijsdem farinæ medimna ter mille, vini amphoras mille quingentos, & Heracleenſes farinæ medimna totidem, vini amphoras bis mille, boues viginti, oues centum xeniorum loco miſerunt, vt idem auctor teſtatur lib. 5. & 6. de Cyri expeditione. Fuit munus quoddam publicum in Græciæ vrbibus quibuſdam, quod προξενία vocabatur & adminiſtratores eiusdem πρόξενοι, qui receptandis hoſpitibus præſidebant. Vnde laudantur Phliaſij quod Pellenenſem πρόξενον captum, quamuis mirâ premerentur inopiâ ſine precio dimiſerint. In quem vſum parochi etiam inſtituti ſunt antiquitus, quorum munus erat, peregre proficiſcentibus ad legationem publicam obeundâ ligna, ſalem & ſimilia largiter præbere. id affirmat Horatius cum canit. *Xenoph. lib. 7. de rel. Græ.*

Et parochi quæ debent ligna ſalemque. *lib. 1 Satyr. 5.*

hos Latini copiarios vocant, qui victum, ſalem lignaque Reipublicæ cauſa ablegatis ſuppeditabāt, teſtante Porphyrio. quamuis Acron & Lambinus parochum ab Horatio per translationem dictum volunt pro eo, qui cœnam præbet & conuiuatore.

Vertere pallor
Tum parochi faciem vel ſic metuentis vt acres
Potores.

qui & Xenoparochi dicti ab alijs, & paranymphi, quod peregrinis & nupturientibus neceſſaria ad vitæ ſuſtentationē præberent. Vnde animarum curiones etiam parochi dicti ſunt, quod quemadmodum illi in vrbibus hoſpitum, peregrinorum & conuiuatorum alimenta in corporis gratiam, teſtante Plutarcho, curabant; ſic quoque & hi ſpiritalem eſcam ad animarum ſalutem procurarent.

Libr. 2. Satyr. vlt.

Eodem hoſpitalitatis priuilegio quoque Cretenſes floruerunt, quibus non ſatis fuit domos ad hoſpitum ciuilem curam erexiſſe, vt in ijs ſyſſitia agitarent, verum menſas, ſedilia, lectos aliaque vtenſilia ad illorum neceſſitatem ſubminiſtrarunt liberaliter. Eodem Megarenſes & Corinthij pertinent, qui præ cæteris Iouē hoſpitalem coluerunt. Et Lacedæmonij quoque ſua Phyditia in eorum vſum inſtituerunt. quibus & ille mos peculiaris fuit, vt ſi quem amicum aut hoſpitem excepiſſent, oſtenſis foribus dicerent. ταύτῃ οὐκ ἐξέρχεται λόγος, hac ianua nō egreditur ſermo. Refert idem in vita Lycurgi, ex cuius inſtitutione, qui natu maximus erat, ſtabat ad oſtium, & ad conuiuium ingredien-

gredientibus dicebat, oſtenſis foribus, διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται, id eſt, per haſce nullus ſermo egrediatur foras. Lingulacas illos notans, qui non vt hoſpitentur veniunt, ſed vt cauillentur, & ex ore podicem apud externos faciant. peiores phariſaica indole, qui humanitatem benefactorum, in odium araneorum more ac venenum conuertant. Sed de Græcis abundè ſatis.

CAPVT IV.

De hoſpitalitate Romanorum.

QVantum ad Romanos attinet, vt illi à Græcis imperium ſortiti ſunt, lateque dominandi potentiam iiſdem extorſerunt, ſic quoque Reip. gubernandæ, & virtutum exercendarum ſcientiam ab iiſdem mutuati ſunt. Decuit enim terrarum Deam, gentiumque Romam vt quoddam velut generale bellicarum machinationum fuit armamentarium, ſic artium virtutumque & præſertim hoſpitalitatis quædam velut religioſiſſima eſſet officina. Proprium illorum nimirum & regere imperio populos, & bello coercere rebelles, fuit. Et quidem primo hoſpitia & vt recte vocaueris *Martial.*

Xenodochia communia habuerunt, quamobrem non modo inter priuatos neceſſitudo hoſpitaliaque iura reciproce coaleſcerent, verum etiam inter ciuitates, & fœderatas ſociasque gentes ſacroſancta hoſpitalitatis iura ſeruarentur. Nefas namque putabant amicitiam per eiuſmodi virtutem contractam violare. Ideo haut ſecus, quam Græci Iouis hoſpitalis indignationem ob hoſpitem irrelegioſe habitum formidabant. Vnde Tullius in oratione pro Deiotaro. *Si veneno* (nimirũ *Cicero pro Deiotaro.* ſuſtuliſſet) *Iouis illius hoſpitalis Numen nunquam celare potuiſſet, homines fortaſſe celauiſſet.* & alibi. *Non faciam vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis hoſpitalis.* *Ad quintũ Fratrem.* Apuleius lib. 3. *Apulei. l. 3.* Sed pro Iupiter hoſpitalis & fide Secreta munita. Et Poeta.

Æneid. 1.

Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur,
Hunc lætum Tyrijsque diem Troiaque profectis
Eſſe velis, noſtrosque huius meminiſſe minores.

Nota omnibus Lycaonis fabula eſt apud Naſonem, qui cum hoſpitio ſuſceptos *1. Metamorph.* hoſpites necaret, à ſuſcepto Ioue, poſtquam ei humanas carnes appoſuiſſet, in lupum eſt commutatus, exemplo tam acerbo docens hoſpitij ſacroſanctam fidem

dem eſſe debere. Vnde vt memores huius humanitatis eſſet, apud plerosque vſitatum fuit, Iouis hoſpitalis aram ante veſtibulum domus, aut in propylæis erigere. 10. *Metamorph.*

Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara.

Quanta vero fuerit veteribus Romanis obſeruantia Gellius quoque pręclare depingit, vbi de officiorum gradu atque ordine in moribus populi Romani obſeruato agit. *Gell. lib. 5. Noct. Att. cap. 13.* *Cumque quæreretur, inquit, quibus nos ea (officia) prioribus potioribusque facere oporteret, ſi neceſſe eſſet in opera danda, faciundoque officio alios alys anteferre, non conſtabat. Conueniebat autem conſtabatque facile ex moribus Populi Romani. Primum iuxta parentes, locum tenere pupillos debere, fidei tutelæque noſtræ concreditos. Secundum eos proximum locum clientes habere, qui ſeſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dederant. Tum in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos affinesque.* Vnde hoſpitem aut aduenam in pretio tanto habendum, vt ob hoſpitij ſacroſanctum ius, ipſa ſanguinis coniunctione vinculum anguſtius copulatiusque fuerit. Addit Gellius in eodem loco. Maſſurius autem Sabinus in libro iuris ciuilis tertio antiquiorem locum hoſpiti tribuit, quam clienti. *In officijs apud Maiores ita obſeruatum eſt, inquit, primum tutelæ, deinde ho-*

Cæſaris oratio pro Bythinis. *ſpiti dein, clieti, tum cognato,* poſtea affini. Huius rei clarum teſtimonium extat apud Cæſarem in oratione quam pro Bythinis dixit, vbi hoc principio vſus eſt, Vel pro hoſpitio Regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate, quorum res agitur, refugere hoc munus non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin proximis retineatur, neque clientes ſine ſummâ infamiâ deſeri poſſunt, quibus etiam à propinquis noſtris opem ferre inſtituimus. *De bel. Maced. lib. 6.* Vnde Liuius, cum Princeps Legationis expoſitis amicitiæ officijs cum Populo Romano meritisque Rhodiorũ diceret. *Nihil nobis tota actione Patres cõſcripti neq; difficilius, neque moleſtius eſt, quã quod cũ Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo vno maxime Regum & priuatum ſingulis, & quod magis nos mouet publicum ciuitati noſtræ hoſpitium eſt.* Cicero quoque multis in locis Inuectiuarum in Verrem eius infameis aliquot ſancti hoſpitij violationes percenſet, & præſertim in actione vltima. *Action. vlt. in Verrem.* *Pater aderat Dexio Tindaritanus hoſpes tuus, cuius tu domi fueras, quem hoſpitem appellauerat, eum cum illa auctoritate & miſeria videras preditum virum, num te eius lachrymæ, num ſenectus, num hoſpitij ius atque nomen à ſcelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hoſpitij iura in hac tam immani bellua commemoro*, qui

Sche-

Sthenium *abſentem hoſpitem in reos retulerit*. Fuerunt antiquitus domus pleræque inter ſceleſtas habitæ, in quibus violatum ius hoſpitij ſacroſanctum fuiſſet. Vnde actio duplex datur aduerſus hoſpitem, ſi quid ex hoſpitio ſubduxiſſet. Porro licet Græci diu hoſpites retinuerint, triduum ex communi vſu obſeruatum eſt apud Romanos, præſertim ſi nō forēt homines in dignitate conſtituti. Vnde verſus eſt. Poſt triduum acceptus fœtet tibi piſcis & hoſpes. De Iudis refert quoque Alexander lib. 4. ca. 10. quod non niſi triduanum hoſpitium indulgerent peregrino hoſpiti, ne ciues conuerſatiōe diuturna peregrinos mores imbuerent, & in alienas leges ritusque tranſirent. Quanquam ſtupidiſſimi mihi illi boreales Lappones ſint, qui in Sueciā pergentes dubiarum cauſſarum decidendarum cauſſa, in itinere nec tectum, nec hoſpitū ſubeunt, ſed manent ſub dio, quod ſibi in concluſo aere ſuffocari videantur. *ff. de nautis & cauponis C. 1.*

Peregrinum verò adeo Romani ſuſpexerunt, vt illum hoſtem vocitarent, id eſt, amicum beneuolumque aduenam. Vnde Cicerone, Varrone, Feſto teſtantibus, ab hoſtiendo dictum volunt, id eſt æquando, quod inter peregrinos & ciues debeat æquabilitas aliqua beneuolētiaq; amœbæa regnare. Hoſtis, inquit Cicero apud Ma- *Vaedo Peſtas Cicero.*

iores vocabatur, qui nunc peregrinus dicitur. Indicant 12. tabulæ. *aut ſtatus dies cum hoſte*, itemq; *aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto*. Propterea vero id factum, quod ex peregrinis aduenisque coaluerint ipſimet. Ideoque ex peregrinis Reges, Conſules, Prætores, & Prætor peculiaris apud eos fuit, qui peregrinis ius diceret, eratq; Prætor peregrinus, cuiuſmodi magiſtratum creari in Rep. debere Plato ſuaſerat.

12. Tabulæ.

Romani quoque peculiaria ædificia in hoſpitum vſum exſtructa habuerunt, de quibus Vitruuius. *Præterea dextra ac ſiniſtra domuncula conſtituantur, habentes proprias ianuas, triclinia ac cubicula commoda, vt hoſpites aduenientes non in peryſtilia ſed in hoſpitalia admittantur*. Vnde etiam in priuatorum domibus receptacula in hoſpitum vſum apparari vult Cicero. *Vt in cæteris, inquit, habenda eſt ratio non ſui ſolum, ſed etiam aliorum; ſic in domo clari hominis, in quam & hoſpites recipiendi, & admittenda hominũ cuiusque generis multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis*. Si quando vero peregre abibant, tunc præmiſſo verna ad vrbem aliquam, curabant rogari, num paternus aliquis hoſpes ibidem degeret. Si nõ, adibant diuerſorium, conueniebantque Magiſtratum, & hoſpitalitatẽ poſtulabant, vel etiam cum nouo amico virtutis eius pulchritudine illecti, ius hoſpitij

Vitruuius lib. 6.

Cic 1. lib. offic.

ſpitij commune faciebant, vbi vtrimque teſſeram hoſpitalem dabant, de qua ſequenti capite: immo ipſe populus Romanus cum alijs vel populis, vel regibus, vel etiam priuatis hominibus Senatusconſulto deſuper facto hoſpitium contraxit, vt ex Liuio deducitur, cum de Tiſimatheo Liparenſi agit, qui legatos Romanorum hoſpitio exceptos ad Delphos vſque deductos, retro in vrbem hoſpites reduxerat. *Hoſpitium inquit, S. C. factum, donaque publica data.* Quibus & illum munera hoſpitalia mittendi morem adiecerunt, quæ Xenia, xeniola, & apophoreta dixerunt, vt Iureconſulti ſcribunt. *Liuius li. 5.*

Erga legatos vero præ omnibus inſignis hoſpitalitas emicuit, quibus per vrbanum Quæſtorem publicum hoſpitium & munera, quæ lautia dicebantur, ſæpe commeatus large & hoſpitaliter, & veſtimenta publico nomine præſtabant. Sic enim Senatus, cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ Regem, Perſe defuncto, venire audiſſet, obuiam illi Publ. Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit: cenſuitque vt ei domus Romæ, quam optima conduceretur, & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus eius publice præberentur, *Erga legatos hoſpitalitas.* *Val. Maximus l. 5. c. 1.*

vt

vt refert Val. Maximus. Rex ſimiliter Ptolomæus, eodem teſte, à minore fratre regno ſpoliatus petendi auxilij gratia, cum paucis adeo ſeruis ſquallore obſitus, cum Romam veniſſet, ac ſe in hoſpitium Alexandri Pictoris contuliſſet: Senatus vti hoc reſciuit, accerſito iuuene, quam potuit accurata excuſatione vſus eſt, quod nec quæſtorē ei more Maiorum obuiam miſiſſet, nec publico hoſpitio eum excepiſſet: eaque non negligentia ſua, ſed ipſius ſubito & clandeſtino aduentu, facta dixit. Et illum ſubito è curia ad publicos penateis duxit, hortatuſque eſt, vt depoſitis ſordibus adeundi ipſius diem peteret. Quin etiam curæ habuit, vt munera ei quotidie per quæſtorem darentur.

Illa autem hoſpitalitas non minus apud Senatum, quam etiam apud priuatos cum ipſomet hoſpitij iure ad poſteros tranſibat. Sic Cicero ſcribit in epiſtolis familiar. *1. Epiſtol. 13* Auitum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Lilybitano. Quia impium ducebant poſteri, parentum Maiorumque ſacroſancta hoſpitii iura inita violare. Vnde teſſerarum vſus exordiū ſumpſit. Quibus omnibus nō modo apud Romanos olim, ſed iam nunc apud omnes Europæos vſitatum, appone, videlicet receptatori hoſpitum in omnibus obediēdum eſſe, vt

in

in prouerbio eſt. *Quemque domi ſuæ Regem a-gere.* Refertur ab Hoſtienſi & Zabarella lepidiſſima hiſtoria de Rege Ricardo Anglorum. Ille enim inter venandum ceruũ inſequens ab aulicis aberrauit, & crepero iam die tugurium fabri ferrarij in vaſta ſolitudine laſſus ſubijt. Ab eo hoſpitio ſuſceptus, cum manus lauare iuſſus, aulico more patrifamilias honorem illum deferret, faber alapam ei impegit. *An neſcis*, inquiens, *quemque domi ſuæ Regem eſſe?* Mane diſſimulata perſona abijt, & in arcem vicinam fabrum ad ſe exciuit. Ille vbi in conſpectum Regis venit, à Reginâ blande ſuſcipitur, cæterum præ timore ventris crepitũ, ſalua reuerentiâ emiſit. Menſæ regiæ adhibitus & ſupra Reginam accumbere iuſſus, cum rex, ſi præ pudore recuſaret alapæ heſternæ talionem meditaretur, cum fœnore per omnia paruit, & hac ratione Regis inſidias eluſit. Aduertant Aggrippinates noſtri, & receptatoribus ſuis morem gerant, & nugaciſſimas ceremonias miſſas faciant.

CAPVT V.

De vario teſſerarum genere, & præſertim hoſpitalium, & quid conteſſeratio ſit inter Chriſtianos hoſpites contracta.

NIHIL adeo firmum in rebus humanis eſt, quod non ætatis temporisque quà diuturnitate, quà malignitate aut ad obliuionem aut ad interitum procedat. Ideoq; vt reciproca hoſpitalitatis monumenta eſſent, quę virtutis huius immortalem velut memoriam apud omnes firmarent, amicitiæ quoddam ſymbolum & pignus, quo ſanctè religioſeq; hoſpitij iura tuenda ſeruādaque ab inuicē donerent, produxerunt, quod teſſerā appellarunt. Vnde morem illū inſigniter peruetuſtus Euripidis Scholaſtes deſcribit. οἱ μὲν ξενούμενοι τίσιν ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν καταλίμπαινον ὑποδεξαμένοις ἵνα εἰ δεοῖ πάλιν αὐτοὺς, ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι, πρὸς ἀλλήλους ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον ἀνενοῦτο τὴν ξενίαν, id eſt, Qui hoſpitio excipiebantur teſſeram incidentes dimidiam eius partem relinquebant ijs, à quibus erant excepti, vt ſi opus eſſet, vel ipſos vel ipſorum poſteros & amicos eodem rurſus vti hoſpitio, dimidiata illa prolata teſſera, hoſpitij ius atque neceſſitudo renouaretur. Nam quem

Euripid. Scol. In Hippolito.

quemadmodum apud Græcos certa quædam munera vltro citroqua data & accepta hoſpitalis fœderis cum paterni & auiti, tum recens contracti erant notæ atque pignora, vti exemplo Diomedis & Glauci apparet: perinde quoque Romani teſſeram ſolebant dare hoſpitibus dimidiatam, quam qui attuliſſet, agnoſcebatur & vt amicus vetus recipiebatur. Fiebant ex ligno longiuſculo, & vtrimq; exęquato & complanato, vt Lambinus in Plautũ & Beroaldus in Suetoniũ tradunt. Adrianus Turnebus in libris aduerſariorũ exiſtimat fuiſſe fruſtilla lignea quadrata, certa inſignita & notata forma, quæ data ſunt ijs, quibus ius erat petẽdi frumenti publici, vnde Græcis τέσσαρα dictas putat: quanquã etiã rotunda fuerint, quia à Dione σφαίρια globuli & pilulæ vocãtur. Porro ab his Philologis quatuor teſſerarũ genera ſubnotata ſunt, quæ apud Latinos Scriptores inuenerunt. Primũ genus earũ fuit, quæ circa frumentũ diuidendũ verſabãtur. Dicit enim Suetonius Auguſtũ multa noua officia excogitaſſe, & inter ea etiã curã frumenti populo diuidẽdi. Cũ enim lege Grachi eſſet obtẽtũ, vt frumẽtũ populo diuideretur, & quidẽ ſenis triẽtibus in ſingulos modios veniret, Publij autẽ Clodij rogatione effectũ eſſet, vt gratis frumẽtũ populo daretur, Octauius Auguſtus vbi imperiũ eſt adeptus

Supra ca. 2.

Forma Teſſeræ.

Lambius. Beroaldus. Turneb. li. 19. cap. 26. Aduerſ.

Dio. lib. 54.

Primigenis teſſera frumentaria.

Suet. in Auguſto c. 27.

ſummopere curauit, vt illud inſtitutum obſeruaretur, & eâ liberalitate populus beneuolentior ſibi redderetur, ideo frequenter frumentum populo diſtribuit, cui diſtributioni qui præerat Præfectus frumenti populo diuidendi eſt appellatus. Vnde ait cap. 40. de diuiſione illa. *Ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentius à negotijs auocaretur, ter in annum quaternum menſium teſſeras dare deſtinauit; ſed deſideranti conſuetudinem veterem conceſſit rurſus vt ſui cuiusq; menſis acciperet.* Et paulo poſt, *Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo interdum nullo precio viritim admenſus eſt, teſſeraſque nummarias duplicauit.* Idem Dio. veraciſſimus hiſtoricus memoriæ prodidit. Animaduertendum autem eſt fuiſſe illas teſſeras frumentarias, ſigna quædam, quæ qui exhiberent, frumentum pro portione ſua Romæ à Principibus accipiebant.

Sueton. c. 40. in Augusto.

Dio. lib. 54.

Id Iuuenalis inſignis Satyricus affirmat:

Iuuenalis Satyr. 7.

Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit
Frumenti.

item Perſius

erſius.

ſcabioſum teſſerula far
Poſſidet.

Euchones nimirum hic perſtringunt, quibus cum annona abunde ſufficeret, nihilominus hanc triobolares cupidius per teſſeram mendicabant.

Alterum

Alterum genus teſſerarum fuit militarium, quarum vſus in bellis inferendis, ducendiſque fuit pernecceſſarius, ni ſeipſos diſciplinamque niditarem cõfundere voluiſſent. Vegetius eos teſſerarios vocat, qui per contubernia militum teſſaras nunciabant. Seruius Honoratus illud Maronis explanans *Secundũ generis eſt teſſera militaris.*

—— *it bello teſſera ſignum.* *Æneid.*

vult intelligo ſymbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, confuſionis ſcilicet euitandæ cauſſæ: quæ apud Vegetium & muta & vocalis eſt, de hac loquitur Maro loco citato: de illa *vero ſilius Italicus lib. 5.* *Seruius lib. 2. cap. 7. Vegetius.*

tacitum dat teſſera ſignum.

tum vt eo ſocij milites dignoſcerentur ab hoſtibus, tum vt pro quibus & contra quos arma ſumerent, accurate viderent. Et illa quidem pro moribus & qualitate Imperatorum diſtributa fuit. Nam Diuus Iulius *Venerem Genetricem* vſurpaſſe legitur teſſeræ loco, quod ex Æneæ progenie nati Veneris ſe oriundum iactaret. In caſtus Pompeij *Inuictus Hercules* diſtributus fuit; in Pompeij iunioris, Pietas: in Antonij exercitu Lar Deus, in Syllæ autem Apollo, dabantur. Sanguinarium porro Neronem, optimam matrem, militibus ſuis dediſſe teſſeram tradunt, *Appian. lib. bello ciu. 2. Seruius. 7. Aeneid. Appi. lia. 2. Suet. in Neron. cap. 9. Seru. lib. 3. in prnicip.*

dunt. verba Cornel. Taciti ſunt. *Propalam omnes in eam honores cumulabantur, ſignumque more militiæ petenti tribuno dedit, optimæ Matri.* Nonnunquam D. Iulius Felicitatem, quandoque Victoriam dedit, Hircio referente, quod poſtquam intellexit, inſtantis militum animis, reſiſti nullo modo poſſe, ſigno Felicitatis dato, equo admiſſo in hoſtem contra Principes ire contendit. Brutus in Philippis Apollinem propoſuit. Cyri maioris Perſarum Regis teſſera fuit: *Iupiter belli ſocius, & dux*: Minoris vero, *Iupiter Seruator, & Victoria.* Caius Caligula Priapum & Venerem Caſſio tanquam molli & effœminato ſignum dedit, teſtibus Suetonio, Seneca, & Pauſania. Seuerus Septimius ſolemniter, *Laboremus* vſurpauit. Pertinax vero *Militemus*. Claudius Cæſar græcanico verſu definiuit teſſeram

Hircius de bello Afric.

Plutar. in vita eius.

X. noph. li. 3 & 7.

Idem de exped lib. 1.

In vita eius ca. 56. it. 10 Epiſtol.

Pauſ. li. 9.

Spartian in vtroque

Sueton. in vita. c. 42.

ἄνδρα ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ

Virum vlciſci oportet, ſi iniuriam prior faciat. Antiochus cognomento Soter aduerſus Galatas exercitum ducturus propoſuit, *bene valere*; Mecænas vero quoties in caſtris fuit *Diſcincti* teſſeram ſemper dedit. Ex quibus militaribus teſſeris obſeruatum fuit, certiſque experimentis cognitum milites ordines ſeruare frequenter, nec

nec aciem diſſipari: elegantiſſime id deprædicat Claudianus, vſumq; teſſerarum maxime neceſſarium dilaudat.

Decretoque togæ felix legionibus iret | *Claud. in Panegy Stilic. li. 1.*
Teſſera Romuleas leges redyſſe fatemur,
Cum procerum iuſſis famulantia cernimus arma.

Hiſce porro tertium genus addi poſſet teſſerarum nummariarum, quas Auguſtum duplicaſſe ſupra ex Suetonio retuli de quibus nihil agam, cum ſub frumentarijs teſſeris pleri que eas complectantur. Quæ ſi certum genus menſuræ ſint, vt à quibusdã putatur, præſertim Alexandro, multũ differunt. Alij inquit, teſſeram menſuram fuiſſe tradunt, qua frumentum militibus admetiebatur. *Suet. c. 41* *Alex. li. 4. c. 2 Geneal. dierum.*

Tertium porro genus teſſerarũ fuit hoſpitaliũ de quo in præſenti ſermo eſt, quas ex ligno quadrato fuiſſe patet. Has quippe hoſpites eorumque liberi ſecum ferebant, vt facilius à veteribus paterniſque hoſpitibus agnoſci poſſent. Hinc Hanno Pœnus apud Plautum in Pœnulo cũ Antidamo hoſpite eſſet vſus, apud Agoraſtoclem Antidami filium adoptiuum hoſpitari non dubitauit; ait enim,

Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero. *Plaut. in Pœnulo.*
& deinde ipſum Agoraſtoclem ſibi ignotum affatus, ſubnectit idem.

Ego hic hoſpitium habeo, Antidami filium
Quæro

Cui cum Agoraſtocles reſpondiſſet, ſe illum eſſe quem quæreret, ait ille

——— Si ita eſt, teſſeram
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccara attuli: cui Agoraſtocles
Agedum huc oſtende, eſt par probè: nam habeo domum.
O mihi hoſpes ſalue multum, nam mihi tuus pater
Pater tuus ergo hoſpes Antidamus fuit.
Plaut. in Ciſtellaria *Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum eo fuit*
Ergo heic apud me hoſpitium tibi præbebitur.
Nam non repudio hoſpitium.

Vnde ſi quis hoſpitij ſacroſanctum ius violauerat, teſſeram confregiſſe dicebatur, vti apud eundem comicum alia in comœdia dicitur.

Abi quærere, vbi tuo iureiurando ſatis fiet ſubſidij
Lambinus. *Hic apud nos fidei iam confregiſti teſſeram.*

videlicet tantundem eſt atque ſi germanicè dicentur du haſt die brü verſchütt/ oder den Brey vmbgeſtoſſen. Lambinus hoc eodem interpretatur modo ac ſi dixiſſet comicus. Hoſpitij ius violaſti & amicitiam Eraſmus in Adag. conſuetudinemque priſtinam, quæ tibi nobiſcum eſt diſſuiſti. natum ei ex veterũ conſuetudine, vt Eraſmus ait, qui hoſpitibus

tibus teſſeras quaſdam dabant, quibus oſtenſis eos, vel eorum filios longo interuallo venientes agnoſcerent. Vt autem certa fuit hoſpitij contrahendi ratio, quæ teſſeris vltro citroque datis firmaretur: ita ſi quem contracti hoſpitij pœnituiſſet, renunciare hoſpitium ſolebat, teſſeram duntaxat confringendo ne hoſpitij ius violaret. Sic Cicero alibi. Itaque vehementer iſte Sthenio infenſus hoſpitium ei renunciat, domo eius emigrat, atque adeo exit. nam ante inde emigrarat. Sic Badius ille Campanus homo vafer & legirupus. Quintio Criſpino Romano in conſpectu duorum exercituum hoſpitium ſolemniter renunciauit, vt cum eo hoſtili animo congredi poſſet, vt elegantiſſimè Liuius ad Criſpini laudem receſet. Nunc quid apud Chriſtianos de eiuſmodi ritu hoſpitalitatis ſeruetur dicendum eſt.

Act. 4. in Verrem.

Liu. Decad 3. lib. 5.

Notorium inprimis eſt quo in vſu apud primigenios Chriſtianos Agapæ illæ fuerint ſeu fraterna conuiuia & charitatiua, de quibus cap. ſecundum Critices Chriſtianæ conſule: vti nec minor cura eorundem in martyribus Chriſtique cõfeſſoribus protegendis, alijſque perſecutionem exhaurientibus deſudauit, quando facultates ſuas ſpontaneè ad eos alimentandos largiter effuderunt. De ſpeciali autem hoſpita-

ſpitalitate ſic agit Baronius, cuius verba adducam cum ritibus gentium quos Comicus deſcribit, ne quis putet eandem me cramben recoquere, quia eadem verba Plauti citat. Rurſus vero, quod pertinet ad deſcripta à Luciano Chriſtianorũ charitatis ſtudia in ſuſcipiendis hoſpitibus, in quibus præſtandis ſatis ſibi eſſe viatici peregrinus exiſtimauit, ita vt non tantum ab illis aleretur, ſed etiam in via deduceretur, atque ſic (vt ait) quaquauerſum ſtipatus incederet: commendat hoc immẽſam Chriſtianorum erga fratres dilectionem, atque illam ipſam, quam hiſce puto temporibus Ioannes Euangeliſta laudat in Caio, ſic ſcribens: *Cariſſime fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt, charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ quos bene facieus, deduces digne Deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis.* hæc Ioannes, per omnia bis conſcntientia, quæ ex Luciano ſunt recitata. Porro Tertullianus adeo frequentem ac neceſſariam inter Fideles interceſſiſſe mutuam hoſpitalitatem ſignificat, vt inter Catholicas communicationis ſymbola illam adnumeret, dicens: *Itaque tot ac tantæ, Eccleſiæ, vna eſt illa ab Apoſtolis prima*

Bar. tom. 1. annal. A Chriſti.

Ioan. Epiſt. 3.

Tertull. de præſcriptioni. cap. 20.

prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem. Communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quam eiuſdem ſacramenti vna traditio. Hæc Tertullianus, qui per conteſſerationem hoſpitalitatis, certum quoddam ſignum intelligit, quod qui ferret, vt Eccleſiæ Catholicæ legitimus filius, quocunque pergeret, à Fidelibus æque Catholicis honorifice reciperetur hoſpitio. Quod quidem ſignum cum adulteraſſent hæretici, à Catholicis noſcitur ſæpe mutatum, ac literis tandem commiſſum, quas Patres in Nicæno Cōcilio nominant Formatas.

Conteſſeratio explicatio.

Iure igitur Lucianus de Peregrino ait, ſatis ſibi eſſe viatici ipſum exiſtimaſſe in Chriſtianorũ hoſpitalitate repoſitum: nam non recipere, nec coniungere oblatam teſſeram, idem erat, quod Catholica communione ſeiungere. Verum & apud Gentiles illud vſurpatum, vt idem eſſet, confringere teſſeram ac amicitiam diſſoluere. Vnde apud Plautum.

Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

Plaut. in Ciſtell. Pactæ namque etiam apud illos erant per teſſeram mutuæ hoſpitalitates, eoque fœdere mutuæ pariter amicitiæ fouebantur, quæ ſic ſanctè ac inuiolatè cultæ, manabant ad poſteros, vnde apud eundem auctorem.

Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli,
Agedum oſtende, eſt par probe: nam habeo domum,

Idem in Penulo.

O mi hoſpes ſalue multum, nam mihi tuus pater,
Pater tuus ergo hoſpes Antidamus fuit:
Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illa fuit.

At ſi hæc mutuæ charitatis officia adeò inſolubiliter inter Gentiles ipſos excolebantur, quid putandum factum eſſe inter Chriſtianos, cum, etiam eiuſdem Luciani teſtimonio, hi præ ceteris mutum inter ſe charitate coniunctiſſimi eſſent? Sed hæc ſatis ad inſinuandos de ea re antiquos Eccleſiæ mores. Hucuſque Baronius.

Vnde teſſararum hoſpitalium vſum non tantum apud infideles vſitatum legimus; ſed eundem quoque apud Chriſtianos obtinuiſſe videmus, vt non ſpernendi ſint quicũq; inter eos aliis hoc gratificandi ſtudio tenentur, licet extra noxam

diſtu

non ſint, vbi ex impotentia amoris mutui hoſpites ad tranſiliendos temperantiæ limites turpiter impellunt. Si quis autem ſit, qui teſſeras illas explicatas cupiat, quibus in fritillis, & alueolis vſus eſt, illum ad Seruatoris noſtri crucifixores relego. Teſſeræ namque tales diabolicæ ſunt, non Chriſtianæ: ſanguinariæ, non pacificæ nec hoſpitales. Interim hiſce teſſeris contenti ſint hoſpites, & illud Socratis Sapientis verbum ſtudioſe reuoluant, ſi forſan magnas lautias ſibi per vſum teſſerarum apud conteſſeratos ſpondeant. Cum namque hoſpites ſatis tenui cœna excepiſſet, & amicorum vnus hoc ei improperaret, reſpondit. *Si boni viri ſunt æquanimiter ferent, ſi mali non curabunt. Si res tua tibi non ſufficit, tu parcendo fac, vt rei ſufficias tuæ.* *Socrat. Apophtheg-ma.*

CAPVT VI.

De ijs, quæ Chriſtianos ad hoſpitalitatem exſuſcitare queant, & de veræ hoſpitalitatis conditionibus.

CVRRENTI equo calcaria admouere non eſt neceſſe quandoquidem ea indoles facit, vt eius ſit. *Prima fuga ante alios & primus in æquore puluis*: at per inuia cōſragoſaq; feſtinanté ad viam reducere quis facile poterit; Sic in virtutis regia viâ tenendâ ne per inhoſpita vitiorũ teſqua deerrent plerique, per ſe incitati ſatis, iuuandi reuocādique ſunt. In prouerbio eſt diabolum ex
7. *Aeneid.* Noruegia, Acheronta mouere, vt hominũ mẽtes à diuino cultu alienet. Hoſpitalitati larũam incautam incautis ſpecioſe prætendit, at grauiſſimo peccato mortali perniecioſe commaculat. In Scripturis, in patribus, in ſacris prophaniſq;. Scriptoribus, in iure qua ciuili, qua canonico vtroque commendatur, mandaturque, inhumanũ eſſet etiam illam virtutem apud Barbaros inuiolabilem & ſacroſanctam violare. Nō nego. At nimium mellis, fel eſt. Si pauperibus præſtare id cupias, maiora te præmia manebunt, quod ne quidem potum aquæ

frigidæ

frigidæ te perditurum eſſe Seruator teſte- tur. Vnde de ſuamet perſona, quæ in pau- peribus excipitur, ita ait. *Hoſpes eram & non colleg iſtis me* cui ſaluandi reſpondent: *quan- do te vidimus hoſpitem & collegimus te?* & ſubdit Seruator. *Amen dico vobis, quamdiu vni ex mi- nimis feciſtis mihi feciſtis* quod iam ante apud alium Euangeliſtam æque perſpicaciter ad Apoſtolos ſuos enūciarat. *Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit recipit eum qui miſit me.* Non tantum ergo Angelos, vt Abra- ham & Loth, merentur rec pere: ſed etiam Deum ipſum. *Diligenter* inquit, Auguſtinus, *hæc audite fratres mei, qui hoſpitalitatem exer- cere non vultis, qui hoſpitem velut hoſtem excipi- tis. Ecce beatus Abraham, dum homines feruenter exciperet, ipſum Deum ſuſcipere hoſpitalitatis contemplatione promeruit. Hoc etiam in Euange- lio Chriſtus confirmauit, dicens: hoſpes eram & ſuſcepiſtis me Nolite ergo negligere peregrinos, ne forte quem non excepiſtis, ſit ipſe Chriſtus. vide rem in exemplis Opinata eſt res valde & ſeniorū noſtrorum ore nobis tradita*, narrat Gregori- us. Quidam Pater familias, cum totā domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cumque quotidie ad menſam ſuam pere- grinos ſuſciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad menſam du- ctus: dumq; Paterfamilias ex humilitatis conſuetudine, aquā vellet in eius manibus fundere,

Marc. 10. *Matth. 25.* *Marc. 10.* *Aug. ſerm. 65. de tem- pore.* *homil. 27. in Euangel.*

fundere, conuerſus vrceum accepit, ſed repente eum in cuius manibus aquam fundere volebat, non inuenit. Cumque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem ei nocte Dominus per viſionem dixit. Cæteris diebus me in membris meis ſuſcepiſti, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti. Ecce in iudicium veniens, dicet. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Similia de ipſomet Gregorio in eius vita memorat Ioan. Diaconus. Tantæ hoſpitalitatis Gregorius in ipſo etiam patriarchio permanſit, vt exceptis his, quos tam per diuerſas regiones, quam Romæ quoque Longobardorum perfidiæ gladiũ fugientes Eccleſiaſtica ſtipe miſericorditer nutriebat, ad menſam ſuam cottidie peregrinos quoslibet inuitaret. Inter quos die quadam vnus acceſſit, in cuius manibus dum ipſe ex humilitatis miniſterio aquam fundere vellet, conuerſus vrceum accepit; ſed repente eum in cuius manibus aquam fundere voluerat, inuenire non potuit: cumque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte Dominus ei per viſionem dixit. Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti. Vnde apparet ſanctiſſimum Pontificem illud miraculum in ſui gratiam à Deo patratum humilitatis

Ioan. Diac. li. 2. cap. 22

tis

tis intuitũ taciuiſſe, quod Ioan. Diaconus expreſſit. Eodem libro Ioannes aliud miraculum percenſet, de eodem Pontifice, qui cum duodecim peregrinos ad prandium inuitaſſet, continuo illo admirante decimum tertium aduenisse, qui in ſpecie peregrini Angelus credebatur. Deinde ſi fructus quorum in primo capite commemini intueri velimus pudebit ſordium Eucliones, illos non carpere à charitatis ignibus, Sanctique Spiritus ſole educatos & maturatos. Vrget exemplis propoſitum hoc D. Ambroſius Abraham pro hoſpitalitatis mercede fructum poſteritatis percepit. Loth quoque nepos eius non ſolum genere, ſed virtute quoq; proximus, propter hoſpitalitatis affectum, Sodomitana à ſe ſuiſque ſupplicia detorſit, Idem in Iacob oſtendit, in vidua Heliæ, in hoſpita Heliſæi: quas hoſpitalitate ordinata ab extrema egeſtate ac more legimus vindicatas. Ideo Iſaias cum hanc virtutem in egenis nudiſque ſubleuandis prædicaſſet, ſubiungit, *tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſemitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & Dominus exaudiet: clamabis & dicet ecce adſum.* Illud lumen duobus in Emaus euntibus diſcipulis præluxit, quibus non tã audiendo Dei verbũ oculo-

2. Stimulus

lib. 2. offic. ca. 21

Gen. 19.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Iſai. 58.

culorum lumen, ſed hoſpitalitatem exer-
cendo communicatum eſt, quia non audi-
tores verbi iuſti ſunt apud Deum; ſed fa-
ctores legis iuſtificabuntur. Non enim, ait
D. Gregorius, cognitus eſt dum loquere-
tur, ſed cognoſci dignatus eſt dum paſce-
tur. Præterea plus ſuſcipientibus præualet
3. *Stimulus* virtus illa, quã ſuſceptis, tametſi impenſas
in aliméta profundãt. *Bona* inquit Ambroſ.
eſt hoſpitalitas, *habet mercedẽ ſuam primũ hu-
manæ gratiæ, deinde quod magis eſt, remuneratio-
nis diuinæ.* Adde eapropter nobis eam vir-
4 *Stimulus* tutem cordi eſſe oportere, quod peregrini
omnes & aduenę ſimus, ſicut omnes patres
Pſal. 38. noſtri. ideo Pſaltes ait. *Ne ſileas, quoniam ad-
uena ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres
Ambroſ. mei.* Omnes, inquit Ambroſius, in hoc in-
vbi ſupra. colatu hoſpites ſumus. Ad tempus enim
habitandi habemus hoſpitium. Emigre-
mus propere caueamus, ne ſi nos duri aut
negligentes fuerimus in recipiendis hoſpi-
tibus, etiam nobis poſt huius vitæ curſum
Sanctorum hoſpitia denegentur. Et Augu-
ſtinus eleganter. *Agnoſcite hoſpitalitatem per
Auguſt. de verb. domini ſerm. 32. quam peruentum eſt ad Dominum. Suſcipite ho-
ſpitem cuius & tu comes es in via, quia omnes pe-
regrini ſumus. Ipſe eſt Chriſtianus qui & in domo
ſua & in patria ſua peregrinum ſe eſſe cognoſcit.
Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non eri-*

mus.

mus. Nam vnuſquiſque hic & in domo ſua hoſpes eſt Si non eſt hoſpes, non inde tranſeat. Si tranſiturus eſt, hoſpes eſt: non ſe fallat, hoſpes eſt. velit, nolit, hoſpes eſt. Sed dimittit illam domum filijs ſuis, hoſpes hoſpitibus. Quare? Et in ſtabulo ſi eſſes, non alio veniente diſcederes? Hoc facis & in domo tua. Ceßit tibi locum pater tuus, ceſſurus es & filijs tuis. Denique ſi ſanctorum exempla perlegere libuerit, fortia ſane calcaria ad parem virtutis hoſpitalis laudem meritumque obtinenda exacuent. S. Sylueſter omnes peregrinos Romam venientes libenter recipiebat, menſam hilariter apponens, aqua pedes abluens, & ad quieſcendum in ſtragulis eos collocans. S. Spiridion ad labores iter facientium recreandos, cum iam eſſet Archiepiſcopus Cypri, erat adeo dexter & officioſus, vt ipſe ſine famulis menſam eis apponeret, pedes ablueret, aliaque officia humanitat s exhiberet. S. Gregor. Nazianzenus & Baſilius in peregrinorum & hoſpitum gratiam, vt commode eoſdem exciperent, domum hoſpitalem à fundamentis erexerunt, teſte Gregor. Presbytero. Diuus Hieronymus in proœmio ſeptimi libri Commentariorum in Ezechielem ſic ſcribit. *Fateor me ex planationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & præ occupatione de toto orbe*

S. Stimulus

Surius 30. Decemb. ex metaphraſt

Surius 12. Decemb.

In vita Nazianzenij Gregor. presbyter.

Hiero. li. 7. Comm. in Ezech. in præfat.

huc

bus venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & monaſterij ſolitudinem hoſpitum frequentia commutamus in tantum vt aut claudendum ſit nobis oſtium, aut Scripturarum per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia relinquenda. & alibi. *Nobis in monaſterio hoſpitalitas cordi eſt, omneſque ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus, veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniat in diuerſorio.* S. Goarus presbyter ad ripam Rheni Eccleſiam cum monaſterio extruxit, orationibus vacans & hoſpitibus excipiendis, quibus exercitiis tantum impetrauit. vt in vita & morte claruerit miraculis. S. Iuo ſemper pauperes & peregrinos menſæ adhibuit, totoſque nouem annos domi ſuæ virum quendam cum vxore & liberis egenis quatuor aluit. Si Samſon quoque hoſpitum excepta ductis Româ Conſtinopolim Theologię & medicinæ diſciplinis imbutus, profectus eſt, ibidemque ædes ad pauperes & peregrinos hoſpitandos extruxit, quos vbi ad ſacerdotium adijt etiam ſpiritualibus iuxta ac corporalibus alimentis refecit. Admirabilis illa Piaſti eſt hoſpitalitas ethnici de quo Cromerus fusè. Deuorato à murib. Popielo iuniore Polonorum principe, cum proceres in arce Cruſuicia conueniſſent,

Apolog. in Ruffinum.

Sur. 6. Iulij

Idem 19. Maij.

Homerus lib. 2.

ſent, & ſtudia circa principis noui electionem variarent, inſperata ſalus diuinitus afflictæ Poloniæ oblata eſt. Erat Cruſuiciæ oppidanus, Piaſtus nomine, Coſſiſionis filius, agello colendo & mellificio vitam ſuſtentans, homo ſimplex & iuſtus, & beneficus, præſertim in egenos, atque hoſpitalis, pro modo facultatũ ſuarum. Is ex vxore à ſuis moribus non aliena, cui Repichæ nomen erat, vnicum filium ſuſceperat; eique, viuente adhuc Popielo primam comam gentili ritu tonſurus, & nomen impoſiturus, amicos ad eam cæremoniam atque conuiuium porco mactato, & aquæ mulſæ vaſe defuſo, inuitarat. Priuſquam ſtata dies adeſſet, fortè obtulerunt ei ſeſe ignoti homines duo, habitu peregrino: quos ille cum regia excluderentur, comiter inuitatos, hilare in domum ſuam introduxit: inſtruxit menſam, appoſuit affatim ex his, quæ ad futurum conuiuium præparauerat. Ibi res mira & ſtupenda accidit. Accreuit porcina, redundauit ex vaſe mulſa, excepit Piaſtus, vaſis admonitu hoſpitum cõquiſitis: iiſdemque auctoribus non ciues modo, verum etiam principem ipſum (vt tunc minime faſtuoſi & delicati erãt principes) cum omni comitatu conuiuio accepit. Eiſdem igitur hoſpitibus ſub tem-

pus comitiorum reuertentibus, & iubentibus, Piaſtus ex tenui penu ſuo cõuentum illum omnem penuria laborantem, augeſcente rerum earum, quæ promebantur, copia refecit, quo miraculo animaduerſo, vulgatoque, vna voce omnes Piaſtum non humanis ſuffragiis, ſed diuino iudicio principem ſibi dari conclamabant. Recuſat ille: Tandem hoſpitibus illis auctoribus aſſenſus, ita vt erat veſte & peronibus ex tiliæ cortice textis indutus, in regiam à primoribus deducitur. Hoſpites illi perfuncti officio ſuo, diſparuerunt. Exiſtimantur autem ij fuiſſe angeli Dei, beneficentiam & hoſpitalitatem etiam in alieno à vera religione remunerantis. Cromerus libro 2.

Eiuſmodi quoque propoſitum Sancta Mater Eccleſia ſibi præfixit, vbi diuerſas religiones in eadem per ſanctiſſimos fundatores conditoreſque inſtituit & confirmauit, quibus vna mens, vnus animus ad aras diuinitatis infuſus eſt, proximum ſuum ſiue infidelem aut hæreticum, ſiue facinoroſum & atheum ad aulam Chriſti, & ſanctitatis palaſtram reuocare. Vnde ex iſtis religionum ſanctiſſimarum ſtatiuis alij legionarij ad corporales morbos miſeriaſque ſubleuãdas prorumpunt: alij S. Spiritus auſpicijs ad animarum lethifera vulnera medicanda promptiſſimi procur-

runt. Pharmaca quorundã aut arma preces orationeſque ſunt, & ecſtatica contemplationum exercitia: plerorumque arma ipſamet ſunt, quibus iuratum Chriſtiani nominis hoſtem impetant, plerumque linguæ, calami, demorſi vngues, miſſilia ſunt; quibus ſceleratorũ hominum, hæreticorũque dogmatiſtarum, eorumq; catulorum aculeati furores transfigantur. Id DD. Benedicti, Bernardi, Nortberti, aliorumque fulmineę legiones olim præſtiterunt. id DD. Dominici, Franciſci, Auguſtini, Ignatij aliorumq; hoc æuo noſtro propagines præſtant, quæ admiranda qua corporalis qua ſpiritualis hoſpitalitatis opera in proximum exercent; quos inter equites Melitenſes familiam ducunt, qui à prima ſuâ cõditura hoſpitalarij dicti ſunt, de quibus cap. ſequenti.

Quãtum vero ad cõditiones laudatæ hoſpitalitatis attinet, quas etiã laborioſe in vnũ Buſæus Theologus cõtulit, diuerſæ illę in ſuſcipiẽte, ſuſceptoque requiruntur. Et qui dẽ eiuſmodi domiciliũ deligatur, in quo quis cõſtãter perſeuerauit, nec muſtelarũ in ſtar de domo in domũ trãſcendat, & iuxta domini præceptũ quis in ea dignus ſit, rogandum eſt. Deinde probum ab improbo, verſipellem ab ſyncero ſecernat. Vnd Ambroſius, In *officiis hoſpitalibus omnibus quidem humanitas impartienda eſt, iuſtis autẽ vberior* *deferen-*

Matt. 10.

Lib. 2. de offic. ca. 22.

deferenda eſt honorificentia. Quicunque enim iuſtum receperit, in nomine iuſti accipiet, vt ipſa veritas pronunciauit. Et alibi. *Hoſpitalitatis gratia omnibus parata eſt, & ſanctos libenter ſuſcipit, & peccatores tolerat patienter.* Præterea ſuſceptum potius pauperem eſſe, quam diuitem oportere, quod *vicem ille reddere non queat, vt omnis vitæ noſtræ actus non careat miſericordiæ munere.* Vbi Ciceronem redarguit, quod illuſtres eſſe velit, quos opulentia ſua & munit & honorat, quas cōditiones ex Homerica poeſi ſuperius citatâ melius colliges. Si quis vero ſuſcipientem conſiderare velit, eiuſdem præclara requiſita apud pleroſque patres inueniet, tum quæ ſacrarum paginarum edunt oracula, tum quæ vitæ honeſtatiſque certiſſima regula præſcribit, recta inquam ratio, & ex Gentilium conſignatis monumentis vtcunque demonſtrata ſunt. Et primo quidem vitæ eius ſtatum conditionemque expiſcari non debet, ne quandam aculeatam alienationem in animis hoſpitum generet. Vnde D. Hieronymus ait. *Solos hæreticos non ſuſcipimus, quos vos ſolos recipitis. Propoſitum quippe nobis eſt, pedes lauare venientium, non merita diſcutere.* & D. Chryſoſtom. ait: *nunquam quæramus quis & vnde.* Nam ſi patriarcha in rogando fuiſſet curioſus, forſan peccaſſet. Dein non

Serm. 32. 30

Lactant. li. ca. 12.

Apolog. in Ruffinum

Chryſoſt. in Geneſ. de Abraham.

declinet

declinet hoſpitalitatis officium, aut inopiæ aut anguſti domicilij cauſſa. Nam calicem aquæ frigidæ non indonatum fore ſeruator ſpopondit. *Aquæ frigidæ*, inquit Hieronymus, *non calidæ, ne in calidâ paupertatis ex penuria lignorum occaſio quæreretur.* Lib. 2 in Matt. ca. 10

Tertio, Præueniat hoſpitem ſuſcipiendum cum poteſt exemplo Abrahę currentis in occurſum eorum de oſtio tabernaculi. Ideo ait Ambroſius. *Feſtinauit occurrere quia non ſatis eſt recte facere, niſi etiam matures quod facias. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio.* Nec ſolum hoſpitandum præueniat, ſed ad preces coactionemque deſcendat, vt diſcipuli in Emaunta pergentes, præſtiterunt, & Abraham quoque, de priore ſic Gregorius ait: Ex quo nimirum exemplo colligitur, *quia peregrini non ſolum ad hoſpitium inuitandi, ſed etiam trahendi.* His accedat omnis humanitas, ſtudium, alacritas, animique Chriſtiana ſubmiſſio, quibus aduenam ſuſcipiat, ἐυτραπελία item ac feſtiuitas, liberalitas, gaudium, ſermo comis, ac mira humanitate conditus. Denique vt ſibi conſtanter perſuadeat, non exquiſitis lautijs, aut Tarentinis delicijs reficiendum hoſpitem eſſe, ſed frugalibus, & philoſophicis vt aiunt dapibus recreandum. Longè quip-

Gene. 18.

Lib. 1. de Patri. Abraham.

Luc. 24.

Grego. ibid.

gè quippe melius eſt elegantiã virtutis huius animi promptitudine, quam epularum varietate metiri. Ideoque ait Salomon: *Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio.* & ſuperius. *Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & inſatiabiles.* Veterum veteri & frugali more, quibus nefas viſum fuit, ſalem frugalemque menſam præterire. Quæ maior inſania quam ſi monachi, clerici, alijque etiam ſeculares pernoctare in luxurioſis compotationibus præſumant? Non negamus licere tibi in gratiam hoſpitum, aliquid de rigore ieiunij tui remittere, vt Caſſianus multis in locis, item caluum conſcientiæ deciſores & B. Proſper definiunt, caue tamen ne iſta hac ſpecioſa larua conſcientiam tuam ſeducas. Atque hæc de his ſatis.

Prou. 15.

Caſſ. collat 21. c. 14. & 24. c. 20. 21 Proſp. li. 2. vita contempl. c. vi.

CAPVT

CAPVT VII.

De D. Ioannis hoſpitalarij & alijs religioſis militibus ad eum finem inſtitutis ab Eccleſia, vt hoſpites & peregrinos tueantur, & quadam in philotheſium inuectiua, item de naui Bacchi fabuloſa.

PAuperum clinicorũ, infirmorũ que Eccleſia mater curã per diuerſos ordines ſingularẽ ſemper haberi voluit, ne maternę ſuæ ſollicitudini deeſſe videretur, & inprimis peregrinorum eorum qui ad ſepulchrum domini viſitãdum ex diuerſis Chriſtiani orbis partibus confluxerunt. Cui cauſſã dedit Hieroſolyma recuperata. Tenuerãt nãque & occuparant vrbẽ illã inclinante iã & labaſcẽte Imperio Romano barbari ac Saraceni, & præſertim Sulthani ſeu Principes Mamuluchorum, atq; impotenti ſua tyrãnide, vt etiã hodie, Chriſtianis vel aditum intercluſerãt, vel latronum inſidiis occupari itinera, permiſerãt. Indulſerãt autẽ, tametſi tyrãnicè imperarẽt, vt duo cœnobia ad ſepulchrum dominicum erigerẽtur, à Gerardo quodam admirabili zelo loca quædam ſacra obeunte, qui vocatis in conſilij partem aliquot nobilibus, poſtmoduum huic ordini feliciſſimum dederunt initium.

Moriſus. Polydor. 3. Azori. 10. 1. Moral. inſt. Mariana. Mennenius. Poſſeuinus.

Vnum autem cœnobiorum viris, alterum fœminis excipiendis deſtinatum: alterum B. Mariæ Virgini ſacrum, alterum vero B. Mariæ Magdalenæ inſcriptum. Cæterum cum per Godefridum Bullonium anno Domini 1199. recuperata Sancta ciuitas eſſet, & barbarorum Mammuluchorumque inde examina fortiter depulſa, tanta Chriſtianos cupido ſanctiſſimi ſepulchri viſendi inceſſit, vt illa duo cœnobia ad excipiendos hoſpites anguſta nimis forent, in quibus hoſpites diuerſarentur. Quare tres diuerſi ordines ibidem erecti fundatique ſunt, quibus non modo impoſitum excipere hoſpites, verum etiam eoſdem aduerſus barbarorum & Saracenorum impetus latrociniaque tueri. Et primum quidem hoſpitalis domus eſt addita, & in ea ſacellum S. Ioanni Baptiſtæ deuotum: non vero, vt plerorumque opinio eſt, D. Ioanni eleemoſynario Patriarchæ Alexandrino, qui reuera falluntur, vt ex profeſſionis formula quam milites hoſpitalenſes edunt, facile colligitur. In eo igitur loco ex redditibus vtriuſque cœnobijs ijs, qui ſepulchrum adiſſent, ægrotantibus res neceſſariæ ſubminiſtrari ſunt cœptæ, & Rector ſeu Magiſter, qui cœnobij curam gereret inſtitutus: qui deinde poſt aliquot annos vnà

Ioannitarũ origo & inſtitutum.

cum

cum ſocijs habitum religionis induit, & poſtmodum rei militaris ſtudio ſuſcepto, peregrinos aduerſus Saracenos tuebantur, & proinde milites hoſpitalarij ſiue hoſpitalenſes & Hieroſolymitani, aut S. Ioannis nomine appellati ſunt. Vnde primus ordinis formati Magiſter Raymundus de Podio legibus & ſtatutis eidem datis, vocat ſe ſeruum pauperum Chriſti, & hoſpitalis Hieroſolymitani cuſtodem. Quare intra breue temporis ſpatium admirabili liberalitate Chriſtianorum ampliſſimos cenſus latifundiaque acceperunt, quibus ſubnixi peregrinos aduenaſque aduerſus Saracenum protegerent. Et ſi ſacerdotes, ſacrificijs precibuſque; ſi nobiles vel milites hoſpitalitate potentiaque qua mari qua terra eoſdem iuuarent, ſeipſos vero tribus votis ſolemniter conſtringerent. Et hi quidem inter religioſos primi, antiquiſſimique extitere, & circa annum Domini 1106. cœperunt, & deinceps Honorij ſecundi Romani Pontificis auctoritate anno 1124. confirmati & varijs priuilegijs donati ſunt.

Templariorum origo & nomen.

Deinde Gelaſio II. Apoſtolicam ſedem tenente anno 1118. Templarij milites Hieroſolymis etiam eſſe cœperunt; qui quidem iuxta Chriſti ſepulchrum cõmorantes, Chriſtianos eo peregre profe-

ctos hoſpitio excipiebant: exceptos armis accincti per templa & ſacra loca comitabantur ac deducebant, vt omnem terram ſanctam tuto viſerent ac perluſtrarent. Cuius pij officij auctores nouem fuere, qui quod in parte ædium templi habitarent, Templarij vocati ſunt; eorum ordo approbatus eſt ab Honorio II. anno Domini 1129. & breui ab ortu eius tempore per Clementem V. & Philippum Pulchrum Franciæ Regem extinctus. Tertius ordo Sacræ militiæ ad Hoſpitalarios Templariosque adiectus aduerſus Saracenos eſt inſtitutus circa annum Domini 1160. Germani namque aliquot Gallorum Italorũque zelum æmulati cum ad ſepulchrum viſendum conueniſſent, hoſpitale domicilium Sacellumque B. Mariæ Virgini dicatum ſtatuerunt, vt ibidem Theutonicę nationis homines exciperentur, & aduerſus Barbaros ſeruarentur, cęperunt ſub Alexandro III. circa annum Domini 1164. & auctoritate Cœleſtini Tertij anno 1192. confirmati. Sunt enim Templariorum regulam pariter & inſtitutum profeſſi.

Brancis. Andreda in Chron. Ordin. c. 9.

Hos porro milites in tam Sancto inſtituto degentes egregiè in Hiſpanijs cõſecrati ſunt milites Calatrauæ oppidi, an. 1114. ab Alex. 39. cõfirmati, quod deſerentibus Tẽplarijs, ipſi fortiſſime aduerſus Mauros, Arabes & Saracenos defenderunt. Vnde i-

mitâtes Hoſpitalariorũ & Tẽplariorũ militiã tribus ſeſe votis religionis pugnandi aduerſus Saracenos Deo obſtrinxerũt. debet autẽ Regi ordo hic mittere equitatum ſelectiſſimũ trecentorũ militũ religioſorũ, ſi quãdo bella circumſonẽt. Anno etiã 1175 ordo militũ S. Iacobi ab Alexandr. Tertio cõfirmatus eſt, qui paulo ante Calatrauenſem ordinẽ fuit inſtitutus, ad eũ quidẽ finẽ vt in regno Legionenſi & Caſtellano aduerſus Saracenos politicã Eccleſiaſticamq; Chriſtianorũ adminiſtrationẽ vindicarẽt. Ante quidẽ in paucis cœpit, qui Sodales S. Iacobi dicebantur, ſed nondũ cõfirmationẽ ab Alexandro Tertio acceperãt. Anno etiã 1320. creatus eſt quidã ordo equitũ in Luſitania à Dionyſio Sexto Portugaliæ Rege, qui vulgo Chriſti dicuntur, quẽ Ioannes 22. ſua auctoritate confirmauit. Solum floret hic ordo in Portugalia. Anno 1176. et iã inſtitutus ordo Alcantaræ militum cum Alphonſus octauus in Caſtellana ditione, & in Legionenſi regno Fernandus Secundus imperaret. Eſt itidẽ ſacra militia in Valentinâ prouincia Regis Aragonię auſpicijs inſtituta aduerſus Mauros piraticã in Valẽtinis littoribus exercẽtes, quę cẽſu quidẽ inferior fuit, at nõ virtute bellica. In his ordinibus multi Magiſtri fuerũt in primo 29. in ſecundo 41. in tertio 36. *Gariba in Chronica Regum*

Et

defendit, è torque collum circumdante pendet icuncula Annunciatæ Virginis. Hos inquam & alios & ordines prætereo, quia propoſito meo non adeo conueniũt, quandoquidem hoſpitalitatem in his omnibus commendatam velim ex eo capite, quod ad incurſantium qua domeſticorum qua externorum hoſtium iniuriis ſibi ſideiq; ſuæ commiſſos hoſpites peregrinos, aduenas, conuenas, amicos, cognatos ſanguinis religionisque catholicæ nexu defendendos ſuſcepiſſent.

Ex his igitur præmiſſis patet omnibus & ſingulis, quid requirat ab Chriſtiano hoſpitalitas, & circa quæ illa virtus occupari debeat, & quæ præmia hoſpitales maneant. Nihilominus,

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra
Cum ſit turpe habitu, vultuque & veſte ſeuerum, Iuuenalis.

dum ab Chriſtianæ religionis exercitijs, vbi quæſtus pietas eſt, ad temulenti Bacchi caſtra proſiliunt, vbi lucrum ebrietas eſt, & animarum ruina præſentiſſima. Pauperes, infirmi, peregrini fame potius emorerentur, quam vt quiſquam horum hoſpitalium virorum ijs fruſtillo panis ſuccurreret, taceo vt ad eoſdem modicum vini transmitterent. Bibitur, exhauritur crater hoſpitalis ſiue Philotheſius cum ſecibus

etiam

etiam metretas binas continens, adeo ad regulam bibitoriam exacte, vt citius ex pumice aquæ guttulam quam vini ex eodem cratere expreſſeris. vere hic tantum execrabilis ebrietas quæritur, & fit vt id triuijs canitur.

Quicunque vult eſſe frater
Bibat bis ter vel quater,
Bibat ſemel cum ſecundò
Donec nihil ſit in fundo.
Bibat hera, bibat herus,
Ad bibendum nemo ſerus:
Bibat ille, bibat illa
Bibat ſeruus cum ancillâ.
Bibat Abbas cum Priore
Bibat Coquus cum Fartore
Et pro Rege & pro Papa
Bibamus vinum ſine aqua,
Et pro Papa & pro Rege
Bibamus ſine lege.
Hæc eſt lex potaticá
Amicorum ſpes vnicá.

Bibonũ ſcilicet, perditorumq; helluonum, laudem tam excellentis virtutis in bibendo vino ponentium;&

Non ſolum noſtros Germanos Bacche fatigas,
Hiſpanos, Gallos, Italicosque tenes.

vt ſo umhoſpitalitas illa in cymbijs illis exinaniendis ſita ſit, non verò in egenis deſertisque in domum introducend s, reficien-

ſaciendisque occupetur. Eſto virtus illa in Scripturis, vinique vſus laudetur, non tamen abuſus. Plato de vini laude opus integrum conſcripſit: item Cœlius & Plinius *li. 14. Nat.* multis eius encomia congeſſit: immo *vinum* *hiſt. Iud. 9.* *lætificat cor hominis*. & Iudicum nono; *vinum* *cap.* *lætificat Deum & homines*, ait ipſamet vitis *Pſal. 103.* cum regnum inter ligna ſyluarum reſpueret: quid? num tantam enormium peccatorum velut illuuiem illa hoſpitalitate beſtiali cauſſarem? Quid aliud dicam, quam quod in naui ſtultitiæ nauigent, & ad illam hominum claſſem redigantur, qui in Narragonicam tendant, vbi ædificia lucanicis & farciminibus ſepta ſunt, delibuta melle, placentulis contecta, & fontes torrentesque vino fluunt, vbi ora faciesq; vino abluuntur, & aſſæ columbæ per ventos in fauces ſponte feruntur: talē nimirū ſapientiā illā hoſpitalitas generat. Prototypū huius nauigationis ab ipſo Libero Patre, Baccho mutuantur. ille namq; triūphatis hoſtib⁹ nō modo quadriiugo curru ab tygribus & pātheris tracto, vehebatur, quod Buſiridis & Phalaridis mores induant ebrioſi, vt refert Philoſtratus: ſed etiā peculiari naui velificabatur. Eius idea in tēplo *Philoſtra.* *tus in Imag.* D. Agnetis Romę delineata eſt. Erat nauis illa vndequaq; cymbalis & tintinnabulis appenſis plena, quod nimirum eius nauis *Bacchi nauis hypotypoſis.* claſſiarij, merobibuli ſint, & inſipientes.

Deinde

Deinde in naui illa oblonga arbor ſeu malus ſtatutus erat, ex quo ſuppara ſeu vela purpurea, auro ad Phrygium morem elaborata dependebant, quod diuitias ſibi ſpondeant ebrij, & mane vbi euigilauerint, pauperiores Iro Codroque ſe deprehendant. Tertio erat hedera, pampinisque conſtrata, & in medio eius fons generoſum vinum ſcaturiens; ſignificans illos Bacchi paraſitos, & filios; nullam ſynceram voluptatem habere, præterquam dies noctesque in circulis conuiuijsque perpotare. Deus bone, quantus, quantus abuſus in hoc gratificandi amicis officio regnat; vt

Virgil. 6. Aeneid.

Si mihi ſint linguæ centum ſint oraque centum,
Ferrea vox,

non tamen omnes ebrietatis tendiculas formasque percenſere poſſem, & præſcitur in illa hoſpitum tractandorum inſania, quam hactenus tractauimus, vbi nulla humanitatis ſpecies hoſpiti exhibetur: ſed multo maior tyrannis, quam vel aduenæ in Aris ſacrificis apud Buſiridem ſuſtinerent: quipque vitæ duntaxat iacturam patiebantur: at hoſpes cum corpore animã ſuam per cymbam hanc Bacchi ſeu Charontis ad Proſerpinam demittit.

CAPVT

CAPVT VIII.

Breuem continens dehortationem ab eiuſmodi beſtiali inhoſpitalitate inter amicos & hoſpites.

IN ſacrificiis legis veteris ſalem apponere omnes tenebantur. *quicquid*, inquit Deus, *obtuleris, ſale condies: in omni oblatione offeres Sal*, vt quæcunque opera æternæ ſalutis meritoria, facias, ea nimirum diſcretionis prudentiæque virtute condienda ſunt. Salem itaque in hoſpitalitate adhibeas neceſſe eſt. Neque enim laudabile eſt, in morem beſtiarum ad paſtum potumq; abiectum eſſe Chriſtianum, & quidem Eccleſiaſticum, tametſi hoſpitalitatis laruam prætendas, & illud Auguſtini identidem ingemines. *Quicquid habent Clerici pauperum eſt; & domus illorum omnibus debent eſſe communes. ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debent:* quia pleriſque nimium curæ eſt curare cuticulam aſſiduo ſole, & cerebella turdorum cum luciorum lingulis inter illos abominandos conteſſerationum bibitoriarum conflictus deglubere. Sardanapali, Cleopatræ, Levit. 2. August. de verb. Apoſt

Rom. 12. Apiciorumque iſte genius eſt, non indoles Clericorum. O Laruam? *Hoccine Sanctorum neceßitatibus communicare eſt.* Lucullum ferunt aliquando Græcos aliquot opiparo epulo excepiſſe, & cum Græci dicerent mirari ſe, quod tantum impendiorũ ſui cauſſa feciſſet Lucullus; reſpondit, *Non nihil, o* Plutarch. in Apophth. Roman. *hoſpites, veſtri cauſſa, ſed maxima pars Luculli gratia.* Idem pene de iſtis gulonibus dixeris, qui cum conſcientiam prauam in pectore circumferant, inde remedia quædam belluina, & inhumana emendicãt. Plerumque enim videbimus viros ſiue politicos ſiue Eccleſiaſticos qui nimijs poculis adhæſi, peſſimam habere conſcientiam & vitam turpem ingloriamque traducere. Expediret certe pleriſque clericis aut religioſis Abbatibus, Prælatis, alijsque Eccleſiæ Præſidibus ſua priuilegia olim conceſſa reuocare, cum certiſſimum ſit & experiamur in dies, à diuino tales cultu prorſus alienari: & cum ſubinde terræ filij ſint, & ruſticani, quibus ſtiua ducenda fuiſſet, & in piſtrino inglorie viuendum, illi poſtmodum in Eccleſiaſticis redditibus deliciantur, & ſe potentes, nobiles multorum nominum, etiam inter maiores Promethea ponunt, & cum virtute prælucere debeãt, faſtu, libidine, rancore, odijs, & quod caput eſt, bibendi artibus ad ſanitatem, ad ſomnum, ad teſſeram hoſpita-

ſpitalem, ad conciliatricem amicitiam frequentandis ſe eminere poſſe iactitant. tales laureas etiam ſcurræ & ardeliones circũforanei quęritant. Certè ordinariè eiuſmodi burdones inſolentiam fortunæ ferre non poſſunt. nihil, inquit ille, homine ſtulto fortunato intolerabilius, & Prudentius.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. quia appoſite cecinit Maro 10. Æneidos;

Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ,
Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.

Satius foret, reuocare ſeſe ad vitæ auctoritatem, & illam Conſtantini conſtitutionem ad Clericos exaratam. *Iuxta ſanctionem, quam dudum meruiſtis, & res & mancipia veſtra nullus nouus collationibus obligabit, ſed vacatione gaudebitis, praterea neque hoſpites ſuſcipietis.* l. 1. C. de Epiſc. & Cleric. ſatius inquam foret, quam religionem omnem religioſamque modeſtiam exuere, licèt ipſi canones diuerſis hoſpitalitatis generibus pleni ſint, & ad illam exhibendam cuiuſuis ordinis dignitatisque hominibus calcar admoueant. Nemo quicunque ad hoc opuſculum legendum animum adiecerit, inueniet apud veteres, priſco illo & ſancto æuo, vllum eiuſmodi hoſpitalitatis genus frequentatum eſſe, vbi ex ſapiente delirus & excors rationalis homo reddatur. Apud Turcos, Mauros,

alioſque Mahometigenas apud Mogores, Malabares, Iaponas, vltimoſque hominum Chinenſes, tam brutam hoſpitalitatem nemo inueniet, vt amicus tuus cogatur aduerſus rationis dictamen, aduerſus naturæ inſtinctum; aduerſus ſacram Scripturam, diuinique verbi oracula, aduerſus apoſtolicas, Eccleſiaſticaſque ſanctiones, philotheſium craterem aut hoſpitalem euacuare, vnde ad quatriduum viuere abundè poſſet. Si ideam aliquam tuæ hoſpitalitatis expetas, vide quid Poſſidonius de Diuo Auguſtino referat. *Vſus eſt frugali menſa & ſobria; quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando propter hoſpites & quoſque inferiores continebat. Semper autem vinum habebat, quod tamen moderatiſſimè bibebat, quia nouerat, & docebat, vt Apoſtolus dicit, quod omnis creatura Dei bona ſit, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Ecce dux, talem conſectare, nec te profecto pœnitebit ei auctoramento fidei datæ deuinctum eſſe. Mirandum inprimis eſt, cum regnorum omnium, Rerumque publicarum, immo Principum, nobilium, ciuium excidia per intemperantiam, ebrietatem, paſſim & olim prouocata fuerint, & nunc prouocentur, quamobrem eiuſmodi nos veſtigia non terreant,

ant. Τὰ θνητὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει, inquit Xenophon, in eodem ſtatu mortalia non permanere, viciſſitudinem illam in ſalutis negotio ad bonum traducendam eſſe, omnes facile intelligent. *In maxima licentia difficile eſt, moderari ſibi, quaſique frenos imponere cupiditatibus*, aiebat Marcus Antoninus, adeo nunc omnia in malum verſa ſunt; *Xenophon. lib. 2. Rer. Græc.* *Marc. apud Herodianū.*

Dentatus Curius paruo quæ legerat horto
Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quæ nunc
Squallidus in magna faſtidit compede foſſor. *Iuuenal. Sat. 11.*

Vnde? quæris. quod gulæ vitio demerſi ſunt, & nunc noctem in diem, nunc tenebras in lucem peſſimo exemplo conuertant. *Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, non ad luxuriam*. Nam vti tempora illa cœnandi, prandendi, mutantur ad helluonum libidinem, qui horologium, temporumque aureas ſectiones ad ventripotentes aqualiculos fœdè exigunt, ita quoque apud eoſdem ſiue ſeculares ſiue clerici, ſiue viri Principes ſiue plebeij ſint, omnia diuina humanaque miſcentur. Quare vt tandem finem faciam, quiſque penſiculatè diſquirere, & apud ſe conſiderare debet, non eſſe illud hoſpitalitatem, ingenti cratere ſiue ille philotheſius, *Eccl. 10. v. 17.*

 ſiue

ſiue hoſpitalis vocetur, generoſiſſimo vino pleno amicum ſalutare, ſed beſtialem
Eſai. 58. barbaricamque inhoſpitalitatem eſſe. Pauperes & egeni iuuandi ſunt, pro Sanctorum neceſſitatibus hoſpitales eſſe oportet
1.Pet. 4. ſine murmuratione, ſicut bonos diſpenſatores multiformis gratiæ Dei; in quos ſi hoſpitalitatem exercueris, Chriſtum ipſum ſuſcipies, & beatæ immortalitatis præmium conſequeris: præſertim ſi crapula turpis inde exulet. Hinc in veteri lege Sacerdotes ingreſſuri in atrium interius
Ezech. 45. & ſacris operaturi prohibebantur, *vinum bibere, ne morerentur, quia præceptum Dei erat, vt haberent ſcientiam inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum.* Eadem lege tenebantur Nazaræi. Et ipſe
Num. 6.
Eccl. 2. Salomon cum carnem à vino abſtraheret, animumque transferret ad ſapientiam, in idololatriam, prodigioſamque libidinem non incidit: at cum eo diffluerct, vidimus eius miſerabilem cataſtrophen ſubſecutam. Vnde tanta laus Re-
Hierem. 35 chabitarum, niſi ab abſtinentia profecta
Dan. 10. eſt? & quod Daniel omnibus Babylonici regni ſapientibus, arioliſque & aruſpicibus ſapientior fuerit, ab eodem fonte ma-
Matt. 11. nauit. Vnde eſt quoque, inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem Ioanne
Bapti-

Baptiſta. Vnde eſt, tot præclaros in Eccleſia ordines cum abſtinentia natos, in eadem fundatos, & propagatos per Chriſtianum orbem fuiſſe, & etiamnum propagari indies. Quare vt tandem ad metam decurram, miſericordiæ opera exſerenda ſunt, aliaque virtutum exercitia coniungenda, vt Chriſtianæ hoſpitalitatis mercedem à Deo referamus. Si enim Chriſtum colligimus, eumque hoſpitio recipimus, quis adeo inſprudens foret, vt illum ad immanem Scytharum temulentiam vellet adigere, & non potius coram Deo & Redemptore ſuo ſumma cum animi tum corporis modeſtia & morum venuſtate, ſanctitatem vitæ hoſpitaliter exhiberet. Ducebat honori ſibi inprimis ille miles, quod in conſpectu Cæſaris in hoſtem pugnaret: & nos, cum oculi Domini ſuper metuentes eum ferantur, & peculiariter in hoſpitibus egeniſque ſe præſentem eſſe fateatur, ad veræ ſobrietatis continentiæque amuſſim non componemus?

Hæc bibendi bruta ratio nihil aliud eſt quam ara Buſiridis, ad quam innocentes mactabantur aduenæ, & cum refugium aliquod laborum atque ſolatium expectarét miſeri, per ſummum ſcelus adlanienam *Sicul. lib. 5.*

 rapta

raptabatur. Hæc eſt ara illa triueneficæ Hecates, quæ vt regnum ſanguinariis artibus quæſitum firmaret, in Taurica Dianæ aram ſtatuit, ad quam hoſpites ſiue mari, ſiue terra aduecti, trucidarentur, illaque tam crudeli laniena paſſim inclareſceret. Si naturę inſtinctus, ſi rationis dictamen, ſi gentium, ſanctorumque exempla non mouent, etiam ab irrationalibus creaturis diſcere habemus. Ita enim Baſilius docet, de Ciconia & cornice, vti etiam D. Ambroſius. *Cornices*, inquit ille *noſtrates, velut ſatellites comitantur atque deducunt ciconias hinc à nobis auolantes. Quin vt mihi videtur, & ſocias ſe efferunt auxiliareſque aduerſus aues ipſis aduerſarias atque hoſtes. Cuius rei argumenta ſunt illa. Primum quod noſtris in prouinciis illo tempore nulla prorſus cornix conſpicitur. Deinde cum vulneribus redeuntes, apertä præſtitæ tutelæ & ſuppetiarum indicia nobis afferunt. Quis apud ipſas hoſpitalitatis iura præſcripſit? Quis ipſis deſerti exercitus pœnam minatus eſt, vt nulla prorſus deducendis ſe ſubtrahat copiis? Audiant hæc homines, qui hoſpitio neminem exceptant, ianuaſque ſuas occludunt.* Non Regina Sabæ noſtram in iudicio illo terribili temulentiam perſtringet, neque viri Niniuitæ nobiſcum expoſtulabunt, quod in prædicatione Ionæ ad amaram ſeſe pœnitentiam contulerint,

Baſil. in Hexa. Amb. 5. Hexam. ca. 16.

rint, ſed illæ animantes, quæ ab omni rationis vſu ſunt remotiſſimæ. Videmus indies quidnam eiuſmodi beſtiæ ſublime, quid æternum vel cogitent vel faciant. *Deus* (inquit Tertullianus egregie) *illi* (ſcilicet temulento) *venter eſt, pulmo templum, aqualiculus altare, ſacerdos coquus: cuius tota charitas in cacabis feruet; tota ſedes in culinis calet, tota ſpes in ferculis iacet.* Philoſophice viuere tametſi nullius apud Deum meriti ſit, præſtat, quam ſic clericum, ſic Eccleſiaſticum, ſic religioſum græcari aut Scythiſſare. Vide obſecro, quæ ſatis copioſè in Critice Chriſtiana de hac clericorum noxa diſſeruimus. Quod ſi poſt exhauſtos philotheſios crateras capaciſſimos ad ieiunium, ad ſobrietatem, ad pœnitentiam gradum facere proponas, certè perperam componeris, quia vbi habitum indueris, belluarum ritu in eadem ſpelæa ac luſtra relabêris. *Crapula diſtentus ingluuiem ieiunando decoquit, vt in cochlearum morem ſucco victitet ſuo, & futuris dapibus, ac ſagina aqualiculum paret,* inquit Hieronymus. *Non eſt enim per temulentiam aditus ad ieiunium, nec ad iuſtitiam iter per fraudem, nec ad ſobrietatem per laſciuiam, nec per malitiam iter ad virtutem. Crapula & ebrietas ad laſciuiam inducunt, ad ieiunium fragalitas,* grauiter D. Baſilius ingemi-

Diod. Sicul. li. 4. ca. 3. Ouid. 7. Metamorp.

Tertul. contra Phyſic.

Crit. Chriſt lib. 2. cap. 1.

Honor. Epi. ad Lætam.

Baſil. Hom. 1. de laudi. ieiunii.

nat. Videntur tales homines ingenia Scarabæorum, & vpuparum habere, quibus ingenitum, quantumuis obniteris, in ſtercoribus nidulari, & victitare ſordibus. Hoc certè legi fraudem facere eſt. Neque tamen heic mihi velim calumniam ſtruas, quaſi concænationes conuiuiaque vbi hilaritatis, ſoporiferiq; & hoſpitales hauſtus geminãtur, velim antiquare & tollere. Non ille mihi genius hæret: virtutem probo, improbo turpitudinem. Immo vero, adhuc hic, ſi non ſatis in reliquis meis opuſculis repeto, vt te habeas, Conuiuia, crateras, immo numerum eorundem cum Gellio præfinio, quę ille ex Satyris Menippæis Varronis congeſſit. Dicit, inquit ex Varrone, conuiuarum numerum incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi vſque ad Muſarum: id eſt, proficiſci à tribus, & conſiſtere in nouem: vt cum pauciſſimi conuiuæ ſint; non pauciores ſint quam tres, cum plurimi, non plures quã nouem, vt idem etiam Macrobius ex eodẽ docet. Eo ſpectare noſcitur illud Horatij

Gell. lib. 3. Noct. Attic. orum, li. 3.

Da puer, auguris
Murena, tribus aut nouem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet,
Vates: tres prohibet ſupra

Li. 3. carm. Ode. 19.

Rixarum

Rixarum metuens, tangere Gratia
Nudis iuncta ſororibus.

Quanquam ne nouem quidem videbantur rorantes cyathi, aut nouem conuiuæ ſubinde adhibebantur. vnde dictare ſolebant: Septem conuiuium, nouem conuicium. hoc vnicum addens: Si milites Antiochi Regis elephantis ſuis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prœlium, cur non ſanguis Seruatoris noſtri ſanctiſſimus: cur non exempla eiuſdem ac ſaluberrima præcepta nos exacuerent ad immanem temulentiam & barbaram tollendam, nec ita frequentandam? Vide ne partem noſtram Seruator ponat cum hypocritis, vbi nos adeo genialiter vere deprehenderit. & caue.

Sed abſt.

1. Mach. 6.

Deus non irridetur.

FINIS.

Digitized by Google